


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
7 C
30

5 H I

2

ALCIBIADIS LVCARINI
PATRICII SENENSIS

OBSERVATIONVM PRACTICARVM, IN ACADEMIA VNITORVM TRACTATARVM
LIBRI TRES.









SENIS, Apud Hęredes Matthæi Florimi.

Superiorum Permissu.

1615

COSMO
II.
ETRVRIAE
QVARTO
MAGNO
DVCI
SERENISS.
DICATI

PRAEFATIO

SCONOSCIVTI ACADEMICI VNITI

AD LECTORES.





RACTATVS Practicarum Obseruat. in Acad. VNITORVM publice tractatarum ab Alcibiade Lucarino, Patricio Senensi I.V.D. & Equite, ac Comite Palatino, est omnis diuisus in partes tres, quarum vnam occupant Contractus; Alteram Testamenta, vltimaeq; voluntates caeterae; Tertiam Iudicia antiquo more, nostra tempestate forenses causae. Haec omnia materia, forma, effectu, rerumq; gerendarum exitu inter se differunt, & in vnoquoq; genere diuersitates habent prome odum infinitas. Ea pars, quam Contractus obtinere dictum est, initium capit à sacrosancta Religione Iuramenti, continetur conuentionum vallo, & vsuris, ac interesse terminatur, duodecim in capita scissa, atq; distincta, quinquaginta principales complectitur Obseruationes. Vltimas voluntates à parte anteriori contractus, à posteriori Iudicia diuidunt, intermixta sunt Testamentis legata, Fideicommissa, & commoda, quae vel lege, vel iure municipij, ob Mortis interuentum, hominibus competunt:

tunt: quæ omnia circumscribuntur Clausulis opportunis, nec minus quàm tribus vltrà decem Capitibus Triginta quatuor principalia cõtinet obseruanda. Iudicia ab Interrogationibus oriuntur: pertinent ad varia delicta, ad diuersa pœnarum genera, Exilium, Caceres, Mortem: Concluduntur varijs Cautionibus toti operi proficientibus: Sex tantum capitibus terminata, quatuor de Triginta Obseruationibus, complentibus 10. numerũ suprà centum illas Auctor Anno penè integro, tres in partes, eodem modo distincto, quo communis Vsus Italicorum Studiorum seruat in lectionum distributione, hoc tamen mutato, vt illis diebus tantum, quibus ad animum relaxandum lectiones prætermittuntur, habito Conuentu in Acad. VNITORVM (quam instituit, & domi suæ prudenter, ac egregie moderatur) vt Iuuenes etiam ad Forensem consuetudinem erudirentur, dictauit, ità ad Praxim accomodatas, vt nullum ommiserit locum, in quo, vel excitando iura municipalia, & Statuta præsertim Ciuitatis Senarum, vel declarando, prodesse posset: hoc ordine in qualibet obseruatione seruato.

Primò ipse breuiloqua quadam introductione legentium animos ad rem notandam insinuat; Mox ipsam cautionem paucis verbis, dilucidis sanè, rem obseruandam aperit, quam confirmat lege primum, postea autoritatibus nonnullis (longam tamen Scribentem seriem, præsertim cum Scholasticis, quibus in Præceptorum dictis est innitendum, semper dannauit) non prætermittens, vbi commodè fieri possit, doctissimum Accursium, cuius

egregie

egregiè dicta æmulorum, sine dubio, perfugere inuidiam; demum, & ratione; Ex qua tandem pro complemento aliquid semper memoria dignum superaddidit.

Hæc omnia tribus, vt aiunt, Elenchis, in modum Mappæ, qua Cosmographi vtuntur ad rerũ omnium vniuersitatem, vno aspectu, commostrandam, redegit. Primus materierum distinctionem generalium complectitur; Alter, quæ in singulis Academiæ conuentibus exposita fuerunt, breui Epitome singularum Obseruationum distinctè demonstrat. Tertius singularum rerum ordine alphabetico, proprijs numeris in qualibet pagella notatis locupletissimũ Iudicem, vt uel minimam rem, in puncto annotatam, etiam modica adhibita diligentia, pro suo quisq; captu possit in fonte plenius explanatam, ac multis, tum doctrinæ, tum eloquentiæ luminibus dilucidatam ab Autore, reperire.

Excipite ergò, Lectores humanifs. hunc singularem, ac verè aureum libellum, dignum vestro studio, dignum attentione vestra, dignum sedulitate: quem ego delitescentem, ac propemodum dispersum in manibus nostrorum Academicorum, qui ferè xxj. ab hinc annis, quodammodo in ipso Academiæ exordio currenti calamo ex ipso Alcibiade in primo ætatis flore de loco superiori docente, ac dicente, illũ conscripserunt, ad Thypis imprimendum, excepi: Impulit me caritatis studium; Impulit Doctrinæ Amor: Impulit Fundatoris benemerentis merita: Impulit Excellentiss. Præceptoris affinis obseruantia, clarissimæ Familiæ decus, Patriæ communis debitum. Impulit

demum

demum communis vtilitatis fructus; cum sperem, me ab eo, qui inuitus passus est libellum hunc, opera nostra, in publicum prodire; sponte maiora ad uestrum commodum, et mundi totius utilitatem, ac summam Dei Trini Vnius, ac Deiparæ Virginis Gloriam, non sine illius laude esse excepturum, ac mediantibus Typis immortalitati commendaturum.

Requireret hic fortasse quispiam, ex more, Auctoris effigiem, calami pennicillo, & coloribus eloquentiæ saltem expræssam; sed non magis per eius modestiam, quàm per Decretum sculpi, aut pingi formam Agesilai licet: quæ autem de eo, tum in Iure Ciuili, tum in politioribus litteris, etiam testimonio aliorum Scriptorum, usq; adhuc sunt edita, vel edi sperantur in posterum, colores sint clarissimi ad eius Imaginem effingendam, qui illustriores sine dubio reddentur recessu, atq; vmbris vigiliarum, ac laborum, quos vltrà viginti, & septem annos, & in foro causas agendo, & in Scolis iura docendo, honorificentissimè pertulit; quibus meritus est post nouem annorum spacium, quo primam de mane Sedem, summa cum laude, substinuit in Antiquissimo Salernitano Gymnasio, auctis stipendijs, ac longè maioribus quàm antea ab indè alijs elargitis, ad primam de sero in eadem Academia Salernitana instantissime vocari, & nunc in Patria inter matutinos Professores, ad iura iterum profitendum, beneficio Serenis. Don Cosmi II. Magni Etruriæ Ducis libenter, ac liberaliter, primum in ordine inscribi.

DE OPERIS PRÆSTANTIA

ad Lectores. Epigramma

D. CÆSARIS MARESCOTTI PATR. SEN.
I.V.D. Sperimentati, Academici Vniti, & in
Patrio Gymnasio I. C. Profess.

QVi sacræ voluis numerosa volumina legis
Accipe nunc librum, hîc abdita quæq; legas.
Hîc se diffusis pandit sapientia riuis,
Hîc liquido ardentem diluis amne sitim.
Diluis? en potius menti sitis ignea crescit,
Nam sedat pariter, gignit & vnda sitim.
Sic liquor ora libri dulcis siccatq; rigatq;
Sic & vtrumq; cupis, sic, & vtrumq; capis.

Ad Autorem
D. IOANNE MARIÆ GHERARDI
Patricij Senensis I. V. D.

Anagramma

Alcibiades Lucarinus.

ARCANA DEI LVCIS SVBIS.

LEctor adest, relegitq; legens LVCARINE libellos
Inuidus, & scriptis dat bona fata tuis:

††   Sunt

Sunt etenim Inuidiæ cibus optima quæque: sine ꝟmbris
Quin ARCANA DEI LVCIS, & ipse SVBIS.
Sic tibi presenti primi debentur honores,
Inuidiam primus qui sine fine domas.
Sed mea mens cum magna glebas neget inter agrestes;
Deuoto hoc tantum cespite carmen habes.
Non struet Vrbs humiles aras: meliora sequentur,
Iudicium & maius posteritatis erit.

Ad eumdem Autorem Epigramma

D. CAMILLI ACCARISII PATR. SENEN.
V. I. atq; Philosophię Doctoris.

OBscuro quæcumq; stylo, LVCARINE, docentur
Quæris, & hoc mirà congerit arte libro:
Das lucem, lucisq; nouæ fulgore patescunt
Præsidium ambigui, iudiciumq; fori.
Perge igitur, felixq; notis præstantibus orna
Consulti obscurè quæ retulere Patres.
Sic ea Cæsarei latitant, quæ dogmata Iuris
Gaudebunt calamo sat manifesta tuo.

Ad Lectores.

D. CORNELII VANDER HOOCH I. V. D.
Nobilis Hollandi.

EMendare sacris animum si legibus optas,
Candide Lector adi, quæ LVCARINVS habet.
Si

Si semel hæc, iterumq; legas, animoq; volutes;
Delitias animo sæpe iterata dabunt.
Mole sub exigua quis grandia sæpe negarit
Esse, micat paruo magnus ab igne nitor.
Scilicet id paruũ est quod dat LVCARIVNS; ad ipsum
Si legis, exiguo tempore magnus eris.

De Autore

D. CELII BICHI PATRICII SENENSIS, Academici Vniti.

ARdua bicollis qui cernuit agmina Pindi
Audijt in primis te resonare choris
Qui distincta suis conspexit Lumina punctis
Phæbo incedentem te canit astra parem.
Nil tibi non proprium famulantur sydera, tellus
Sic tua clara solo fama per astra volat.

Eiusdem ad eumdem.

PHebus vbi gelidum peragit vicinior Orbem
Picta suo rursum Sylua colore canit.
At quid ego hæc inter resonantem Lilia quendam
Audio? casta iacet nix vbi fusa solo?
Palladis (haud mirum) vernant hæc Lilia campis
Cantor, & ethereus Palladis arua colit.

Ad eumdem Autorem.
D. ACHILLIS SANCTES PATR. SEN.
Academici Vniti.

ARdua Romuleæ tibi gentis gloria cædat,
Cædant magnorum fortia facta Ducum.
Cæsaris egregios nec iactet Roma triumphos,
Dum, LVCARINE, tuum fama loquetur opus.
Mentis opus miræ, quæ Phœbo clarior ipso
Eximiæ radios lucis vbiq; feret.
Hac tu luce micans lucraberis orbis amores,
Ac inter patriæ lumina Phœbus eris.

Ad eumdem Autorem.
D. FRANCISCI BONINSIGNI PATR. SEN.
Academici Vniti, Anagramma.
Alcibiades Lucarinus.
IN CLARA IVS LVCE DABIS.

TV quoq; Senensi sol nasceris alter Olympo,
Et tenebras Tusca pellis ab Vrbe nigras;
Scilicet Eois surgit Sol qualis ab vndis;
Et collustratos lumine inaurat agros,
IN CLARA IVS LVCE DABIS: sic Iustiniano
Imperio cedes, cedet at ille toga.

Eiusdem Aliud in idem.
ALLICIS ARBIA DONEC AVES.

ARbia qua Tuscas argentea lambit arenas
Quis nouus exoriens aera mulcet auis?

In-

Ingentem sic cuius adhuc celebrata per orbem,
ALLICIS hos dulces ARBIA DONEC AVES.
Viuas, æternumq, habeas per secula nomen,
Dum Lucarini fama superstes erit.

Ad Autorem.

D. MATTHÆI ROGHVEZ DE VITIS
nob. de Castro Durante, Temperati,
Academici Vniti.

EN virtutis honor, Iuuenes en gloria Vestrùm;
En LVCARINVS gloria Romulidum.
Rex Macedùm iactat proles generosa Philippi,
Se natum magni tempore Aristotelis:
Ast antiqua nouo cedant iam tempora seclo;
Gloria nam nostro tempore maior adest.
Viuite fœlices fœlici sidere nati,
Quis datur à tanto discere Iura Viro.

Eiusdem ad eumdem Dialogismus
Apollo. Musæ.

Ap. *ASTRA, polusq; tibi vel debita Iure negantur:*
Debita tuq; petis, linquis & astra polo
Mu. *Sidera sed linquit, nec litigat astra, polumq;*
Debita Iure dari nunc sibi Iura negant.
Ap. *Nil mirum repetens nam debita vendicat omne*
Astra polumq; loquens; debita iure simulo.

Eiusdem

Eiusdem ad eumdem.

SEcula nil tumeant veterum, quod clara lycæi
Silua viret; quà cum plurima Turba virum.
Namq; VNITA PHALANX cælo propiore reuincta;
Non superanda virùm docta per ora volat.
Aspice quid peperit LVCARINI Accademia lector:
Mirere, & tandem Lucida scripta sui.
CONTRHAE, TESTERIS, sis Iudex omnia seruat,
Continet hic liber, & Perlege, Praxis erit.
LVCVS in terris qui nunc, LVCEBIT Olympo:
Et LVCARINVS erit stella serena poli.
Quod si hunc forte legas, quibus, & resplendeat astris:
Hunc LVCARINVM dixeris esse polum.

Ad Autorem.

D. IO. BRVNATII CLERICI ILCINENSIS Academici Vniti.

AVrea fulgescunt, zephijris felicibus, astra,
Nectareumq; melos florida terra fluit:
Purius ista tamen, studijs hîc scripta notescunt,
Quæ orbi perpetuo gloria dulcis erunt:
Nec liber est mirum quod sit quoq; pictus honore,
Si vndiq; fama sonat, tu Lucarinus honos.

Ad

Ad eumdem Autorem.
D. AVGVSTINI VANNVCCII CLER. SEN.
Academici Vniti.

MArmoreis multi conscribunt nomina templis,
Immortale sui nomen, ut inde trahant;
Marmora, sed longo franguntur tempore vitæ,
Æternum virtus viuida sola manet.
Viuida sola manet virtus, & florida semper
Et LVCARINE tuum præstat in orbe decus.
Sic nouus ingenij fructus, nouus iste libellus
Innuit, & legum lingua perita sonat.
Vnde tibi nomen studio memorabile quæris
Ingenio viues, fama peremnis erit;
Quare legas lector, flores, & collige lectos,
Multa tibi hoc iuris clarificabit opus.

Ad Autorem Carmina Incerti.

DIcite Pieridos præsentia Numina Vatum
Laus ALCIBIADIS voce canentis eget?
An ne opus inflexis committere carmina neruis,
Festiuosq; leui pectine mire modos?
Eia agite: in numerum digiti cum voce loquantur,
Et cum carminibus nobile certet ebur.
Dicite vt ille vocet cæco de carcere leges,
Et iubeat cælo liberiore frui.
Vtq; feros hominum doceat mansuescere mores,
Barbaraq; insueto subdere colla iugo.

Vt bona tranquillæ reparet commercia vitæ,
Atq; aureos docto prouocet ore dies.
Sic ego. Pieridum contra quæ dulcius auras
Temperat est similes emodulata sonos.
Immortale decus legum monumenta rependunt,
Hunc licet AEneadum non canat albus Olor.
An non Vate carens LVCARINI fama superbit,
Nomine, & in niueis alta triumphat equis?
Non illum vel liuor edax, vel iniqua vetustas
Ad Stygis immemori tramite mittet aquas.
Scilicet euoluant fatalia pensa Sorores,
Hæc non sunt vlla dissoluenda die.
Talibus auspicijs iactat sese innuba Pallas,
Perpetuosq; ignes illius vmbo mouet.
Inclyta regali fulget sublimis in ostro
Iustitia haud ipso quem regit orbe minor.
Quid ni igitur legum columen, velut aurea Phænix
Surgit ab exequijs viuida facta suis,
Viuat, & æternum vitæ reparabilis annos
Liber ab extrema conditione trahat?
Viuat, & illæsa spatietur imagine pompa,
Illius, & medio è funere surgat honor?
Tantum effata: tuis plaudens, Lucarini, triumphis,
Imposuit nitidis Laurea serta comis.
Hæc tibi præpropero pede præmia Gloria poscit,
Quodq; cinis paucis hoc tibi vita tulit.
Altorem illa suum meritis iam condidit astris,
Post vbi fatales non vereare colos.

ORDO

ORDO

MATERIARVM, QVÆ IN SINGVLIS ex tribus Libris continentur.

Liber Primus ad Contractus.

Liber Secundus Ad Vltim. Volunt.

††† De

Liber Tertius Ad Iudicia.



EPITOME

Singularum Obseruationum in quacunq; Academia dictatarum

LIBER PRIMVS.

Ad Contractus.

Acad. prima. De Iuram. in Contractib. adhibito.

Obseruatio Prima.

Prodigus, etiam interdictus, iurans in contractu, nec Cæsarum constitutionibus, nec ordinatione Ciuitatis, nec Iudicis Decreto iuuatur, ex quo nec remedium l. 2. De resc. vend. nec petet à consanguineis ex Statuto Compromissum.

Obseruatio Secunda.

Moratoria à Principe, vel Magistratu concessa, non proficit pro debito iurato, nisi concedatur in forma Motus proprij.

Obseruatio Terza.

Procurator ex duplici Mãdato, valido vno, alio inualido, etiam quod excitet solum, exequando, inualidum, substinet actum, si iurauit; vt tanquam nouum Compromissum substinetur prorogatio, extrà tempus facta.

Obseruatio Quarta.

Factum iuratum præcisè est præstandum, nisi impossibilitas excuset, ex quo iurans soluere in pecunia, quam non potest parare, iustè proponet Remedium Auth. Hoc nisi debitor C. De solut.

Obseruatio Quinta.

Absolutio ab Iuramento non conceditur ei, qui iurauit, contenta in Instrumẽto esse vera, & qui detegeret turpitudinẽ suã nõ cogitur iurare.

Obseruatio Sexta.

Citrà crimen periurij potest impugnari contractus iuratus die Festo, non minusquam laudum latum extrà tempus, & materiam compromissam, cum Iuramento de non contraueniendo.

Acad. Secunda. De Clericis, & Monacis.

Obseruatio Prima.

Clericus semel approbatus ad beneficium, ad aliud eiusdem qualitatis

††† 2 non

non est iterum examinandus circà Doctrinam: inquiritur de moribus, & si comitem habeant delictum, excludetur perpetuò, vt frequenter accidit Senis in promouendis ad ciuilia munera Laicis.

Obseruatio Secunda.

Religionis ingressus purgat Filij ingratitudinem ergà Patrem commissam, non minus quàm infamiam, & illegitimitatem, & eximit delinquentem à potestate Iudicis sæcularis, re integra.

Obseruatio Tertia.

Clerici, ob iniuriam sibi illatam, impunè reum accusant, facta protestatione, etiam quod pœna sanguinis imponatur: sed deprehensi cum armis à familia laicorum puniuntur ab Ecclesiastico pœna statutaria.

Obseruatio Quarta.

Commune est beneficium Clericis, & Aduocatis, ac Doctoribus, tanquam peculium, lucrari libros, tutè degere in Ecclesijs, & in Scolis, vbi iura docent, vel in foro, vbi iura dicunt.

Obseruatio Quinta.

Renunciationes, & Donationes, ante ingressum Religionis factę, recipiunt robur ab iuramento, vel geminatione: post ingressum aūt ex auctoritate ordinarij, vel testamento, aut ex reseruatione facta in ingressu.

Obseruatio Sexta.

Testamenta Monachorū, non minus quàm Militū, valent, etiam destituta extrinsecis solemnitatibus: Filiorum aūt præteritione corruerent.

Acad. Tertia. De Matrim. & personis coniugatis.

Obseruatio Prima.

Fœmina honesta pro ciuili debito non debet in carcerem conijci: se 1 nupta, etiam meretrix, nec retineri, nec impunè offendi, stantè etiam statuto, potest.

Obseruatio Secunda.

A sacris ordinibus arcetur non qui cum pluribus concubuit, sed qui cum pluribus legitimè rem habuit.

Obseruatio Tertia.

Bona secūdi Mariti fiunt obnoxia tutelæ, si ea nō reddita, contraxerit uidua, quę ut ex nuptijs, ità quoq; ex inhonesta uita debet tutela priuari.

Obseruatio Quarta.

Si vxor in continenti non possit probare, Maritum abuti substantia sua, vt Creditores arceat à bonorum ademptione, insideat in rebus ex Clausa. (Constituti,) Datæ licentię (& Quorum bonorum.)

Acad.

Acad. Quarta. De Iure Dotium.

Obseruatio Prima.

Pro dotis constitutione, vel restitutione non minus alienantur bona subiecta restitutioni, quàm alienentur bona minorum sine Decreto.

Obseruatio Secunda.

Legatis centum pro monacanda, mille verò pro maritanda, debentur tur nihilominus mille in ingressu Religionis; vt legatum pro nuptijs debetur Monasterio, & pœna statuti contrà sollicitantes nuptas, infligitur sollicitanti Monialem.

Obseruatio Tertia.

Vsura dotis, durante vita vel per decennium non petita, censentur remissa; non secus ac dos per vxoris adulterium acquisita.

Obseruatio Quarta.

Cursus biennij facit morosum extraneum ad vsuras dotis non solutæ, & conductorem latentem ad aperiendam Domum.

Obseruatio Quinta.

Dos in loco alimentorum Filię naturali data, ea mortua, repetitur à Patre, vbi aliter á statuto circà Dotes non sit ordinatum.

Acad. Quinta. Ad Extrauag. Pij Papæ V. super Census, emanata Anno 1568.

Obseruatio Prima.

Census constitui potest etiam absq; pecunia numerata, vt in Donatione, Datione in solutum, legato, & fideicommisso; attamen vbi esset necessaria, si non interueniat, tuta conscientia, etiam à singulari successore, fructus peti possunt, non solū hypotecaria, sed ēt actione personali.

Obseruatio Secunda.

In contractu Censuali non est reprobandum, venditorem soluere integras Gabellas, vel deduci in pactum, vt in extinctione census reficiantur emptori, quod in laudimio obseruatur, ob emphyteoticū contractum.

Obseruatio Tertia.

Census, vt Pensiones Beneficiorum, inter immobilia connumerari possunt; ideò continentur in dispositionibus, tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate, in quibus immobilium habetur ratio.

Acad.

Acad. Sexta. De Minoribus 15. annis, & de eorum contractibus.

Obseruatio Prima.

Non valet contractus, factus cum Minore sine Curatore, vel sine consanguineis, si nec Curatorem, nec Consanguineos habet, cautionem tamen ad id habemus ex Vip. 2. ad edict.

Obseruatio Secunda.

Minor, & Ecclesia restituuntur à non facta transactione, non minus quàm ab ommissa probatione post didicita testificata.

Obseruatio Tertia.

Minor victus in possessorio, intentato ad mentem l. fin. C. de edict. D. Hadr. toll suspendit exequutionem Restitutione in integr. non obst. l. vnic. C. si de mom poss.

Obseruatio Quarta.

Minor agendo iudicio rescissorio, non vendicationis, aut reintegrationis, exoneratur à probatione dominij, nec ei est necessarium beneficium Restitutionis.

Obseruatio Quinta.

Male facta alienatio à Minore, tacitè etiam, cursu temporis ratificatur, ex persona quoq; hæredis, cui fauet supplementum, etiam ad opponendam exceptionem Nonnumeratæ pecuniæ.

Acad. Septima. De Fœminis, & eorum Priuilegijs.

Obseruatio Prima.

Fœmina potest renunciare beneficio S. C. Velleiani cum certificatione, & alijs solemnitatibus de quibus Iust. in l. Antiq; 23. ad Velleian.

Obseruatio Secunda.

Fideiussio, facta pro Dote, non iuuatur Velleiano, etiam sinè consensu Mariti, & propinquorum adiecta.

Obseruatio Tertia.

Insequentes fœminas honestas possunt conueniri actione Iniuriarum.

Obseruatio Quarta.

Dos, à Patre Filiæ constituta, censetur congrua, & ob id non compellitur æquare dotes filiabus.

Obseruatio Quinta.

Facultas substituendi per exemplarem, concessa ex Priuilegio Fœminis, cessat ijs existentibus in secundo matrimonio.

A. ad.

Acad. Octaua. De Alimentis.

Obseruatio Prima.

Carceratis sunt à Creditoribus præstanda alimenta: Senis tamen datur dietim certum quid, ex Constitutione ordinatum.

Obseruatio Secunda.

Alens animalia, illa pro expensis habet hypotechata, & præfertur cæteris; non secus ac Marescalchus pro medicinis præstitis.

Obseruatio Tertia.

In extrema necessitate constituti, ex bonis aliorum, inuitis possessoribus, sibi possunt parare necessaria, quamuis, per eamdem rationem, fœminis non liceat se prostituere.

Acad. Nona. De Creditorum, & Debitorum iuribus.

Obseruatio Prima.

In iure quærendo Debitoris, etiam ex legato, & legitima, nullum ius habet Creditor, ideò non potest illum compellere adire.

Obseruatio Secunda.

Debitor pecunia satisfacit offerendo meliora bona, & Socius, vel Maritus solum inquantum facere possunt, tenentur.

Acad. Decima. De locatione, & conductione.

Obseruatio Prima.

Ob nouam causam locator potest expellere de domo Conductorem, & Creditor antè diem conuenire Debitorem.

Obseruatio Secunda.

Conductori non fit remissio quando sterilitas ob sua scelera potuit contingere.

Obseruatio Tertia.

Iudici, Professori, & Aduocato quemadmodum debitum honorarium totius anni, Domino mortuo, soluitur; ità post eorum mortem, illo viuo, actio hæredibus datur: In famulis autem, & cæteris, qui fabriles operas locant, contrarium seruatur.

Obseruatio Quarta.

Ob pactum de non alienando re locata, vel ex speciali illius hypote- cha

cha, conductor non poterit expelli, saltem non refectis damnis, & contrà singularem successorem poterit agere, non facta excussione.

Obseruatio Quinta.

Fœmina inhonesta à vicinis expelli potest inuita, & contra locatoris voluntatem.

Acad. Vndecima. De Cautionib. & Fideiussionib.

Obseruatio Prima.

Campsor, fideiubens, non habet beneficium excusionis, quemadmodum, nec pater, vel statuto, vel ex ipsa fideiussione, pro filio obligatus

Obseruatio Secunda.

Constitutio, vel Pactum, obligans ad dandum fideiussorem, intelligitur, si fuerit petitus; Ità statutum, quod Senis obligat Iudicem ad dandam sententiam infrà certum Tempus, intelligitur, præcedente instantia litigantium,

Obseruatio Tertia.

Fideiussor, qui diù stetit in Fideiussione, potest compellere Debitorem ad se liberandum: non tamen ex statuto, quo causæ habent exequutionem paratam; sed benè Senis per aliud statutum ad materiam sancitũ.

Obseruatio Quarta.

Ex pluribus, contendentibus de possessione, illum possidere Iudex statuet, qui primus fideiussorem offeret,

Obseruatio Quinta.

Principalis se offerens in Iudico, contrà Fideiussorem moto, potest ex persona sua excipere, si à Fideiussore victo posset conueniri, secus contrà.

Obseruatio Sexta.

Rogatus Fideiubere non repetit et commendatus non restituit, quamuis commendans non obligetur regulariter.

Acad. Duodecima. De Vsuris, & Interesse.

Obseruatio Prima.

In recipienda sortè prodest de Vsuris protestari, nè censeantur remissæ.

Obseruatio Secunda.

In fundo, ob Dotem oppignorato, fructus percepti non minuunt sortem, cum illi citrà crimem vsuræ, & in statutum, & in pactum deduci possint.

Obseruatio Tertia.

Ob moram irregularem debetur interesse correspuctiuum, sed ob regularem, etiam cum estimatione quanti plurimi. EPI-

Ad Vltimas Voluntates.

Academia Prima. De Testamentis.

Obseruatio Prima.

Non obstante promissione de Dote restituenda Socero, soluto matrimonio, facta à Marito, filia post mortem patris maritum hæredem instituere potest.

Obseruatio Secunda.

Iuramentum, adhibitum in testamento informi, substinet actum, tanquam ex fideicommisso.

Obseruatio Tertia.

Senis dispositio per Testamentum redditur facilior, tum ex statuto sub Rub. De Testam. tum ex alio, quo præcipitur, causas cognosci, sola facti veritate inspecta, quod est illam quodammodo referre ad terminos Iurisgentium.

Acad. Secunda. De instituendis, & exhæredandis liberis, tàm legitimis, quám naturalibus.

Obseruatio Prima.

Spurij possunt sub conditione institui, naturales verò, etiam simpliciter, cum legitimis in parte, ijs non existentibus, etiam in toto.

Obseruatio Secunda.

Institutus in re certa, vel exhæredatus filius non tenentur ad onera, etiam imposita filio necessitate per statutum.

Obseruatio Tertia.

Exhæredatio non ignominiosa fit etiam Posthumo, & sine causarum expreßione.

Acad. Tertia. De substitutionibus, tàm directis, quàm obliquis.

Obseruatio Prima.

Vulgaris substitutio, facta filio, tollit necessitatem adeundi, & remis-

ſio ſolemnitatis ſtatutariȩ Senis recuſationem ignominioſam.

Obſeruatio Secunda.

Seruo, vel Monacho effecto hærede, ignorante Teſtatore, datur concurſus inter ſubſtitutum, & Dominum, vel Monaſterum.

Obſeruatio Tertia.

Impuberi emancipato poteſt Pater in teſtamento per indirectum, ex conſilio Caſcellij, & Trebatij prouidere.

Obſeruatio Quarta.

Hȩrede repudiante, non poteſt Fideicommiſſarius vniuerſalis capere propria auctoritate fideicommiſſum, licet ſecus ſit in particulari.

Acad. Quarta. De Fauorabili Fideicommiſſo, ratione Coniunctionis.

Obſeruatio Prima.

Affectu filiorum præſumitur reciproca ſubſtitutio, & ſolum in vltimo moriente verificari conditionem, ad fauorem Fideicommiſſarij.

Obſeruatio Secunda.

Facto Monacho, Hærede rogato ſub conditione (ſi deceſſerit ſinè liberis) ſuccedit poſt annum probationis Monaſterium, niſi ſit ſubſtituta perſona dilecta.

Acad. Quinta. De Bonor. ſubiect. reſtitutioni alienatione.

Obſeruatio Prima.

Bona, prohibita alienari, ſi commodam non patiantur diuiſionem, alienantur, onere in prӕcio, vel re; ex illo empta; remanente; niſi ob neceſſitatem vel in dotem, vel in alimenta conuertatur.

Obſeruatio Secunda.

Alienata re fideicommiſſaria, bona fide, non ſpoliatur poſſeſſor, niſi in ſubſidium: ſicuti non priuatur emphiteuſi ceſſans à ſolutione Canonis, nec feudo, per vim auferens Arcem à Domino, quando poſſit eſſe probabilis ignorantia.

Acad.

Acad. Sexta. De Portione legitima.

Obſeruatio Prima.

Parentibus, non valentibus filio impuberi in legitima per Fideicōmiſſum ſubſtituere, permiſſū eſt grauare in ea ſucceſſores legitimos Pupilli.

Obſeruatio Secunda.

Legitima non publicatur, nec patitur computationem, ſi quid Pater ſoluit pro condemnatione filij, vel pro eo, ab hoſtibus redimendo.

Acad. Septima. De Legatis.

Obſeruatio Prima.

Nupta cum tribus millibus poteſt petere ſupplementum legati, non minuſquàm Eccleſia, ſi minorem viuens Teſtator dediſſet dotem, quàm in teſtamento ordinaſſet.

Obſeruatio Secunda.

In reſtitutione Fideicommiſſi cadunt etiam prælegata, facta generaliter, vel collectiuis verbis, præſertim antè conſtitutionem fideicōmiſſi.

Acad. Octaua. De Vſufructu legato.

Obſeruatio Prima.

Filius ex Vſufructu, Matri relicto, non reſtricto, ſecundum mentem Bulgari, ad alimenta, deducit legitimā, quæ, nec volūtaria, patitur onus.

Obſeruatio Secunda.

Fundo vni legato, alteri Vſufructu, datur concurſus; quod non facilè contingit cum hærede, cuius Ius in ſolo onere poteſt conſiſtere.

Obſeruatio Tertia.

Pater commoditatem, quam habet ex vſufructu, relicto filio etiam, eo mortuo, frui debet, niſi ſit relictus mera filij contemplatione.

Acad. Nona. De Detractione, quæ fit per legem Falcidiam.

Obſeruatio Prima.

In detrahenda Falcidia ex legato vſusfructus, relicto in ſimul Seni, & Iuueni, computatur ætas ſolius Iuuenis, cum non conſolidetur morte Seni, ſed accedat Iuueni per Ius acreſcendi.

Obſeruatio Secunda.

In legato Dotis Falcidia non operatur, niſi quando, vel continet commodum repræſentationis, vel ſoluitur totum ab eo, qui non poſſet conueniri niſi in quantum facere poteſt.

Acad. Decima. De Lucro contingenti, Matrimonio diſſoluto.

Obſeruatio Prima.

Coniugato ægeno ſuperſtiti datur quarta ex bonis alterius mortui, ſi diues fuerit.

Obſeruatio Secunda.

Lucrum ſtatutarium ex diſſoluto matrimonio magis ad Socerum, quàm ad Maritum pertinet.

Obſeruatio Tertia.

A filijs facta renunciatio bonorum maternorum euaneſcit, Patre ſecundas nuptias contrahente.

Acad. Vndecima. De Statuto Sen. ſub Rub. Quod Mulier habens liberos non diſponat vltrà quartam.

Obſeruatio Prima.

In Traditione rerũ noſtrarum, quem modum volumus, poſſumus adijcere, etiam prȩter iura, et ob id, fœminæ poterunt diſtrahere omnia bona, & Eccleſia tenebitur ad onera.

Obſeruatio Secunda.

In adeunda materna ſucceſsione Senis recipitur proteſtatio de oneribus reijciendis, vt de iure communi, in recipienda quarta ex bonis libertorum.

Obſeruatio Tertia.

Quarta in ſecundo nubente, dum relinquit filios tantum ex primo matrimonio, Senis confunditur in tertiam, niſi bona extrà dotem etiam mulier habeat.

Acad.

Acad. Duodecima. De Fæmin. reinteg. ad bona materna vel auita ex Stat. Sen.

Obseruatio Prima.

Deficientibus Masculis, Senis fœmina reintegrantur ad bona materna, pro numero succedentium.

Obseruatio Secunda.

Vterinus cum vtrinque coniuncto aqualiter fruitur commodo ob communes sorores exclusas, quas tamen non magis excludit solus, quàm quilibet alius in successibilis.

Acad. Decima tertia. De Clausulis Vltim. Volunt.

Obseruatio Prima.

Clausula si non valet vt ago, &c. sub stinet testamentum Filijfamil. saltem in vim Donationis causa mortis.

Obseruatio Secunda.

Clausula Omni meliori modo, vt operatur solutionem integram legatorum, non obstante Falc. ità operatur validitatem testamenti, si vitium sit in ordinatione legitimæ.

LIBER TERTIVS.

Ad Iudicia.

Acad. Prima. De Interrogationibus Iudiciarijs.

Obseruatio Prima.

Cum positionibus non sit respondendum, cum agitur de Dominio euincentis emphiteuta non compelletur respondere positionibus Aduersarij, nec minus ipse debet Aduersario positiones proponere.

Obseruatio Secunda.

Tacens titulum, quamuis victor, condemnatur in expensis; non secus ac is, qui dolo distulit exhibitionem instrumentorum.

Acad.

Acad. Secunda. De Appellationibus.

Obſeruatio Prima.

Malleatores, Fabri lignarij, & Studentes quoq; à Profeſſoribus, vel Aduocatis, etiam in die feriata, victi non appellant.

Obſeruatio Secunda.

In Iudicijs poſſeſſorijs, ſi detur appellatio, ſolum deuolutionem cauſæ, non ſuſpenſionem operatur.

Obſeruatio Tertia.

Appellans deficientiam ſententiæ ſupplet confeſsione partis, quæ ſi fortè eam negaret, contrà victum illa non vtetur.

Obſeruatio Quarta.

Appellans ab interloquutoria debet probare grauamen ex ijſdem actis, factis coràm Iudice, à quo.

Obſeruatio Quinta.

In cauſa, quæ vel Statuto, vel reſcripto tractatur, ſola facti veritate inſpecta, proceditur vlterius, nec agitur de reuocandis prius attentatis,

Obſeruatio Sexta.

A non admiſſione Appellationis iterum proclamari poteſt, non ſecus, ac appellatur à taciturnitate Iudicis.

Acad. Tertia. De Ceſſione Bonorum.

Obſeruatio Prima.

Cedens bonis cum ignominia non tenetur ſatisfacere Creditoribus, ſi reuertatur ad meliorem Fortunam.

Obſeruatio Seconda.

Obligatus cum Guarentigia bonis cedere non poteſt, ſtante Statuto; quod ex contractu Guarentigiato debitor retineatur in carceribus, quouſq; non fuerit totum debitum ſatisfactum.

Obſeruatio Tertia.

Cedenti bonis relinquuntur libri, arma, ac inſtrumenta ſuæ artis, necnon veſtimenta propria.

Obſeruatio Quarta.

Tutus ex pacto, nè in Carcerem mittatur, ad Ceſſionem bonorum non admittitur.

Obſeruatio Quinta.

Ex propria ignominia decoctus, vel doloſè contrahens, non admittitur ad Ceſsionem bonorum, ſicuti nec recipitur exceptio, nè conueniatur

tur vltrà vires, facta ab eo, qui turpiter agit.

Obseruatio Sexta.

Fideiussor non iuuatur Cessione bonis, facta à Debitore, nec alia exceptione, qua non posset conueniri vltrà vires.

Acad. Quarta. De Exequutione reali, vel personali.

Obseruatio Prima.

Exequutio potest à Creditore fieri in persona, & bonis, nec, vna via intentata, remittitur altera.

Obseruatio Seconda.

Vicinus nequam, etiam absq; indicijs, poterit capi ob furtum in vicinia factum.

Obseruatio Tertia.

Debitor, etiam pro debito ciuili, poterit à militibus ex propria domo deduci, si in obligatione renunciauerit omnibus priuilegijs.

Obseruatio Quarta.

Exequutoribus, non proferentibus licentiam Iudicis in scriptura expræssam, possumus de facto resistere.

Obseruatio Quinta.

Exequutio in libris, armis, & villicis instrumentis tunc demum fit, quando commodè in alijs debitorum bonis fieri non potest.

Acad. Quinta. De Exilio, & alijs pęnis capitalibus.

Obseruatio Prima.

Exulum, & Relegatorum Cadauera non possunt afferri in loco interdicto, sicuti nec excommunicatorũ in sacro humari antè reconciliationẽ.

Obseruatio Seconda.

Occidens Bannitum ad propriam vindictam, non gaudet beneficio Statuti, per quod Bannitus impunè occidi permittitur.

Obseruatio Terza.

Insignis in arte nec occiditur, nec torquetur: nec minus ad manus amputationem condennatur, qui vnam tantum manum habet.

Acad.

Acad. Sexta. De Varijs Cautelis.

Obseruatio Prima.

Remedium l. Diffamari C. De Ingen. man. non preoccupat Iurisdi-ctionem in causa principali, secus beneficium l. Si contendat de Fideiuss.

Obseruatio Secunda.

Intentato Iudicio nullitatis coram Iudice Appellationis, potest co-gnosci etiam in meritis causæ, si nullitati partes potuerunt renunciare.

Obseruatio Tertia.

Mors fraudantis Cabellam, si solum pœna soluitur, nocet Fisco, non minusquàm rei perentio, si caderet in commissum.

Obseruatio Quarta.

Priuilegium, nè Doctores vltrà vires conueniantur, & si praxis non admisserit; iure tamen seruari debet, nè torqueantur; si vel actu legant vel causas defendant; nec suspendantur ob graue delictum, sed faciliori morte occidantur.

ALCI-

ALCIBIADIS LVCARINI PATRICII SENENSIS

OBSERVATIONVM PRACTICARVM IN ACADEMIA VNITORVM TRACTATARVM LIBER PRIMVS.

AD CONTRACTVS

ACADEMIA PRIMA.

De Iuramento in contractibus adhibito.

EPITOME

Prodigus, etiam interdictus, iurans in contractu, nec Cæsarum cõstitutionibus, nec ordinatione Ciuitatis, nec Iudicis Decreto iuuatur, ex quo nec remedium l. 2. De resc. vend. nec petet à consanguineis ex Statuto Compromissum.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Prodigus post interdictum Iudicis non potest se obligare.*
2 *Prodigi interdicti obligatio est ipso iure nulla.*
3 *Nisi cõtrahendo iurauerit, secundũ Butr. Franc. de Aret. Roman. & alios, licet Bart. Bald. & Angel. aliter censuerint.*
4 *Validius est Iuramentum quando interponitur manu tactis scripturis.*
5 *Pupillus doli capax, vt Pubes, peierando peccat.*
6 *Pupillus doli capax, & Pubes, adhibentes in conuentione Iuramentum, obligantur.*
7 *Prodigus peierando peccat.*
8 *Constitutiones Cæsareæ non operantur circa iuramentum.*
9 *Dispositiones, quantumcunq; generales, non comprehendunt actum iuratum.*
10 *Iurans non contrauenire venditioni, non vtitur remedio l. 2. De resc. vend.*
11 *Statutum, vt causæ inter coniunctos terminentur compromisso, non comprehendit contractum iuratum.*

OBSERVATIO I.

PRODIGI; † saltem interdicta ijs per Iudicem competentem rerum suarum administratione; non possunt obligari, vt est clarus tex. 1
&

& ibi Commentator Accurs. in l.is, cui.6. ff. de verb. oblig. facit §.Item prodigus. Inst.Quib.non est permiss.
2 fac.test.& Scribentes vtrobiq; † est enim tunc eorum obligatio; tanquam reprobata à lege; ipso iure nulla, vt annuunt verba Vlp. in alleg. l.6.

3 † Verum pro defensione eorum, qui contrahunt cum ijs; cōsideret diligenter Aduocatus; an interdictus adhibuerit in contractu iuramentum; cum, eo stante, crederem, obligationem esse efficacem, Motus ex nouissima constitutione Auth.sacramēta puberū C.si aduers. vendit. quam possumus corroborare cū Canone Alexandri III. Summ. Pontif. nostræ Vrbis, & orbis ornamenti in c.ex licteris il 2. de spons. OBSERVATIO. LEX

In qua sententia confirmor auctoritate grauissimorum virorum, Antonij de Butr. & Abbatis Panorm. in c. cum contingat. de iureiur. licet scribentium Princeps Bart.& Bald.nec non Angel. & alij in d.l.6.& in d. §.item prodigus.contrarium tenuerint: eorum enim argumentis acerrimè se opponunt Franc. de Aret. & Lud. Pontan.Roman.præsertim nu. 22.in eadem lege 6. ex quo Hieron. Chuchal. ibid. addendo, ait veriorem hanc partē, licet Bart. cōmuniter fuerit receptus: quarè constanter Butrij sententiā sequuti sunt Dñi Tholosani in quæst.Capell.498.& ibi Steph. Auf.in addit.& Petr.
4 Anch.Regin. in quęst. 16. nu.5.parte 1. † Præsertim quando iuramentum fuerit interpositum corporaliter manu tactis sacrosanctis Euangelijs, quia maiorem vim habet, per ea, quæ tradit vltrà Regin.ibid.num.6. Ruin. cons. 103.num.12.vol.4. AVCTORITAS.

Eam puto Rationem, cum iste prodigus, quippèqui RATIO.
5 optimè intelligit quod agit, recedens à iuramento, † non minus quàm pupillus doli capax, vel adultus peccet, vt obseruat Rom. d.nu. 22.in fin.vers. Quod autem
6 pupillus. † & quemadmodum pupillus, & adultus te-

nentur, non obstante legis prohibitione; ità quoq; & multo fortius, prodigus † qui sine dispendio propriæ 7
salutis non potest prætermittere illud iuramentũ † à 8
quo periculo non est factus immunis per iudicis, vel legis ordinationem, cum iusiurandum non sit subiectum censuræ Laicorum, & ob id, leges Cœsareas circà illud
† inefficaces esse cõperimus c. tua de ordin. cognit. tradit Abb. in 2. quæst. incip. stante statuto &c. sub num. 5. Receptum enim est Dispositiones, etiam generales, non comprehendere actum iuratum gloss. in Clem. Dudum. §. pen. de sepult. in verb. (pacta) Felin. in c. non aliter de rescript. & refert latè Seraph. conciuis noster in tract. de priuileg. iur. priuileg. 22. 9

ILLATIO. † Perquæ verior reputari potest opinio Accursij in l. 2. C. de rescind. vendit. approbata in consilio Pedemõtano, referente Octauiano Cacher. in decis. 41. post n. 7. iurantẽ nõ posse vti remedio illius legis. & est cõmunis, vt testatur post Pinell. & alios Antonius de Padill. in d. l. 2. nu. 32. quamuis ipse ibid. nu. 32. in puncto principali de prodigo Bart. sequatur. 10

† Et per eadem (vt existimo) Senis coniunctus infrà quartum gradum non iustè peteret compromissum ex facto iurato, quamuis iure municipali ordinatum sit, altero ex coniunctis petente, compromissum fieri, vt in 2. distinct. statutorum sub Cap. 98. de quo in terminis tradit Seraph. d. Priuil. 22. nu. 47. & multos refert Gabriell. in tit. de iureiuran. cõcl. 5. n. 11. lib. 2. recept. sent. 11

EPITOME.

Moratoria à Principe, vel Magistratu concessa, non proficit pro debito iurato, nisi concedatur in forma Motus proprij.

SVMMA

SVMMARIVM SINGVLARIVM.

1 *Moratoria datur à Principe ex Iuris dispositione.*

2 *Magistratus quoq; Moratoriam concedere possunt, seu saluumconductum.*

3 *Officiales Mercatorum Senis efficacem moratoriam concedunt debitoribus.*

4 *Ob debitum iuratum non prodest moratoria, seu saluusconductus.*

5 *Nec Magistratus, nec Princeps possunt retardare promissiones iuratas.*

6 *Moratoria obtenta, per modum, motus proprij, prodest etiam pro debito iurato.*

OBSERVATIO. II.

INter alias dilationes, atq; diuerticula, quibus debitores subterfugiunt satisfacere creditoribus, frequẽ-
1 tissimus est saluusconductus, seu moratoria, † quæ à Principibus iuxtà tex. in l. Quoties. 2. & in l. vniuersa 4. De precib. Imp. off. & in c. vniuersa 25. dist. refert Cassan. de consuet. Burg. Rub. 1. §. 4. vers. & sur les homin.
2 nu. 65. † vel à Magistratibus, ab ijs auctoritatem habentibus, si specialis sit, ex Cassan. alleg. loco nu. 66. solet concedi ad petitionem, nè dixerim importunitatem
3 Debitorum, vt † præsertim hic Senis talem facultatem habet Magistratus Dominorum quatuor Officialium Mercatorum, vt apparet in 2. dist. statut. Capit. 114.

Sed Creditor oculatissimus apparebit, si induxerit Debi-

OBSER. Debitorem ad iurandum,cum obligationem contraxit, † tunc enim; non obstante Moratoria, poterit eum de- 4
trudere in Carcerem.

LEX. Facit in argumento l.Minor autem 19. ff. De Min. in principio, cū alijs in materia,et c.cōstitutus 19.De Rescript.magis ad materiam iuramenti accedit,accedente maximè Gloss.fin.cōmuniter approbata,c.cum non deceat de elect.in 6.

AVCTOR. Fuit opinio Alexandri, ab eo confirmata præsertim in cōs.38.vol.3.in 2.dub.& itá tradit Afflict.decis.111. multos cumulāt Seraph. in tract.de priuileg.iur.priuil. 22.nu.19 Magalott.in tract.de saluocond.part.1.n.46. & nouissime Præses Menoch. de arbitr. Iud.cas.137. n. 19.& sunt multi deducti per Gabriell.in tit. de iureiur. concl.5. nu.2.lib.2.comm.

RATIO. † Ratio autem, si rectè ponderetis iura, supra de- 5
ducta, est ea,quam idem Men. d. tract. cas. 203.nu.14. & antè eum Gramm. Decis.12.nu.3.obseruant, nempè quia Princeps, siuè Magistratus, qui concessit saluumconductum,non potuit impedire,vel retardare solutionem, seu promissum cum iuramento c. Venerabilem de elect.Host.in c.quemadmodum de iureiur. Gloss. & DD. in d. c.cum non deceat. & cumulata per Alex. alleg. cons.38. & ego in facto sum expertus cum victoria Clientis creditoris.

ILL. † Verum si Debitor arte velit artem Creditoris elu- 6
dere,curet Moratoriam à Principe per modum, Motus proprij (vt dicunt) vel ad instar legis, quia tunc,etiam iuramento non obstante,proderit,tradit Franch.in c.1. De iureiur. Gomes. in c.1.De Constit. Rota in Nouiss. Decis.294.& faciunt quæ tradit Gabriell. in tit. De iureiur.d.concl.5.nu.28.& 34.

EPITO-

EPITOME.

Procurator ex duplici Mandato, valido vno, alio inualido, etiam quod excitet solum, exequando, inualidum, substinet actũ, si iurauit; vt tanquam nouum Compromissum substinetur prorogatio, extrà tempus facta.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Proponitur factum*
2 *Regula est, Quod potui nolui, quod volui, adimplere nequiui.*
3 *Turpè est ignorare ius, in quo versamur.*
4 *Ob Iuramentum substinetur negocium gestum ex excitato Mandato inefficaci; dummodo reperiatur aliud efficax.*
5 *In dubio fit interpretatio pro validitate actus.*
6 *Falsa demonstratio non vitiat actum.*
7 *In dubio non censetur electa via, per quam actiones nostræ infringantur.*
8 *Ob Iuramentum præsumitur negocium gestum eo modo, quo melius potest.*
9 *Iuramẽtum habet vim clausi omni meliori modo.*
10 *Clausula omni meliori modo operatur, vt semper censeatur electa via melior.*
11 *Casus obtentus in contradictorio Iudicio.*

12 *Pro-*

12 *Prorogatio compromissi, extrà tempus facta cũ Iuramento, inducit nouum compromissum, & num. seq.*

OBSERVATIO III.

HAEc † sit Hypothesis: Vnus ex vobis, diuersis tẽporibus, habuit duo Mandata à Principe huius Academiæ ad aliquod negocium expediendum; quorũ vnum est efficax, aliud verò inefficax, concludit negocium, vel obligatur, & in instrumento conuentionis asserit, se legitimum Academiæ Procuratorem, vel Syndicum, deducens Mandatum illud inefficax: procul dubiò negocium nullũ est, & obligatio frustratoria per regulam † Quod potui nolui, quod volui, adimplere nequiui l. multũ interest ff. si quis alt. vel sibi, & in proposita specie ità videtur concludere Rom. in cons. 496. Anch. consil. 387. & Romanum refert Felin. in c. cum super nu. 10. de off. deleg. & est in materia Cassador. de appell. decis. 7. sub nu. 5. 1 2

OBSER. † Nè ergò exteri putent vos ignorare ius, quod profitemini, contrà resp. Pomp. I.C. in l. 2. §. Nãq; de orig. iur. † Interponite in instrumento conuentionis iuramentum, negocium enim tunc præsumetur gestum, nè dum vi excitati Mandati inhabilis, sed etiam alterius Mandati habilis, & per conseq. constans atq; validum. 3 4

LEX. † Probatio potest desumi ex c. inter dilectos 6. de fid. instr. dum precipitur interpretationem fieri pro validitate actus. & ex generalitate legum 17. 33. & 71. & similium de cond. & dem. † quibus decernitur demonstratione falsa actum non corruere, † cum per eam destrueretur dispositio, quod non creditur fuisse in animo disponentis l. 3. de mil. test. 5 6 7

Perquæ

Perque in terminis tradunt Corn. in conſ. 264. in. 3 verſ. deueniẽdo ad tertium,& poſt eum Seraph.intract. de pr uil.iur. priuil.98.nu.13. AVCT.

Ex quibus locis deſumitur etiam ratio formalis, & RATIO.
8 eſt † quia iuramentũ habet vim,vt negociũ,ſuper quo interponitur, ſemper cenſeatur factum eo modo, quo melius, & efficacius expediri potuit l.cũ pater.§. filius
9 matrem deleg.2.vbi Bart. † expreſsè probans iuramẽtum habere vim clauſulę;omni meliori modo;quod affirmat poſt eum Abb. in quæſt. 2. nu.12. & multos cumulat poſt vtroſq; Cacher.deciſ.75.n.7. Seraph.alleg. Priuil.nu.1.& 3.& Hieron.Gabriell.in conſ.144.nu.51.
10 & ſeq.volum.2. † & clauſula;omni meliori modo;operatur,vt cenſeatur electa tutior via, ac magis opportuna,vt latè differit Felin.in d.c.cum ſuper de offic.deleg.
11 poſt nu.9.& Grat.reſp.34.nu.6.& 37.nu.6.lib.1. † & hac via dilui his diebus oppugnationem, factam ab Excellentiſs. D. Petro Aloiſio Capaccio,Aduocato Illuſtriſs.& Reuerendiſs. D. Archiepiſcopi Senarũ in cauſa Molendini, dum inſtabat, nè præſumerentur ſolemnitates in alienatione ipſius, cum in inſtrumento conceſſionis enuncietur, iam fuiſſe ſolitum dari in emphitheuſim; quaſi verò permiſsiò Summi Pontificis reputaretur ſuperflua:& in prima inſtantia (quæ pendet adhuc apud Iudices appellationis in Romana curia) obtinui.



12 † Et per eamdem rationem cenſeretur nouum compromiſſum illa prorogatio, quæ extrà terminos primi ILLAT.
13 compromiſſi facta fuit; † nam, cum prorogatio ſupponat exiſtentiam primi, profectò fruſtratoria eſt,poſt tempus facta, Imol. in l.3. de dann. infect.Abb.in conſ. 20.vol.2.cũ alijs alleg.à Seraph.d.priuil.91.nu.18. iuramentum inducit quodammodo nouum compromiſſum,& præſumptionẽ,vt litigantes voluerint nouũ cõ-

promissum facere, vt valeat actus, Felin. in d. c. cum super, & Seraph. ibid. nu. 19. & antè, & post refert aliquos casus, facientes ad hanc materiam.

EPITOME

Factum iuratum præcisè est præstãdum, nisi impossibilitas excuset, ex quo iurans soluere in pecunia, quam non potest parare, iustè proponet Remedium Auth. Hoc nisi debitor C. De solut.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Census Redimibilis frequentissimus est Senis.*
2 *Cautio bãcaria in censu, vt in cambio, est licita.*
3 *Campsores, fideiubendo, Senis in cõtractu censuali ad triennalem tantum præstationem se obligare solent.*
4 *Promissio facti alieni secundum terminos §. si quis, De inut. stipul. obligat.*
5 *Ad factum nemo præcise compellitur.*
6 *Promittens factum, si iurat illud præstare, tenetur omninò, nec solutione interesse liberatur.*
7 *Iuramentum obligat præcisè.*
8 *Etiam quando promissum est factum alienum.*
9 *Obseruationes Baldi, & aliorum circà factum iuratum, remissiuè.*
10 *Promittens factum, quod sit impossibile præstare,*

non

non tenetur, etiam quod iurauerit.

11 *Promittens soluere in pecunia, etiam cum Iuramẽto, ob impossibilitatem potest offerre meliora bona.*

12 *Iurans soluere in pecunia, regulariter non vtitur beneficio Auth. hoc nisi debitor, de solut.*

OBSERVATIO IV.

1 FIVNT † vbiq;, & hic Senis frequenter, contractus venditionum annuorum Censuum perpetuorum redimibilium, secundum formam reformationis factæ anno 1568. à Pio V. Sum. Pontif. anno quarto sui Pontificatus. Et quoniam Emptores student exactissimè, vt, temporibus ordinatis, pensiones, & fructus censuales sibi soluantur; curant, vt venditores adhibeant
2 etiam Fideiussores Argẽtarios, seu Campsores † quos iustè exigunt, per rationẽ, quam in contractu Cambiorum obseruat Magister Thomas Boninsignius, insignis verè Religione, & doctrina in Patria nostra, in Tract. de
3 Camb. cap. 7. nu. 13. † Et quoniam Campsores, vt plurimũ, non se obligant in perpetuum, sed dant triennales quasdam cedulas bancarias (vt appellant) adijciũt in cõtractu Emptores, de Triennio, in Trienniũ nouas sibi cedulas fieri, easq; innouari quoties opus fuerit.

Sed accidit sępissimè, transacto Triennio, promissionem contemni à venditore, qui fortè, iure medio, ad obseruandum non potest compelli, non quia promissio contineat simpliciter factum alienum, per l. stipulatio
4 ista 38. De verb. oblig. † Quia fortasse valeret, facta secundum terminos §. si quis, in fin. in secundo resp. instit. De inut. stip. sed quia obligatio hęc est circà factũ, quoniam promisit venditor se effecturum, vt Campsor
5 daret cedulam † Et Regula est, ad factum neminem

 præcisè

præcisè compelli l. ſtipulationes nõ diuiduntur,§.Celſus de verb.oblig.l.ex facto,cum vulg.de Act.empt.

OBSER. † Quarè ad hoc,vt Emptor poſſet frui iſta cautione, 6
& compellere debitorem ad complendam promiſſionem,conſulerem,vt curaret vallari,per venditorem pro miſſionem Iuramenti religione: ità profectò eum omninò cogeret ad tradendam cedulam prædictam, à nullo Iudice excuſandum per oblationem intereſſe.

LEX. Fundamentũ educi poteſt ex l. ſi pecuniã 5. in princ. iuncta Gloſſa(Habeas)De cõd.cauſ.dat. quam vidi põ-

AVCT. deratã ab Alexandro in l.ſi conuenerit.n. 2. de iur.omn. Iud. cum qua, in materia religioſa, non dedecet,coniungere c. Ad noſtram,il primo De iureiur. & c.Fin.Nè Prelat. vic.ſuas. cum his,quæ plenè notat Felin.in d.c. Ad noſtram.

RATIO. † Ratio, qua moueor, eſt deducta ex vi,& efficacia 7
Iuramenti, cum prçcisè obliget promittentem c.Debitores,& d.c.Ad noſtram De iureiur.Accurſ.in d. Gloſſ. (Habeas) & in l.in eadem.ex quib.cauſ.maior.Cacher. Deciſ.92.n.2.cum adductis latè à Seraph. in Tract. De Priuil. iur. Priuileg. 74. nu. 2. & poſt eum à Turrett. conſ.32.nu.14.in primo,teſtantibus de communi.

† Quæ locum ſibi vendicant etiam in promiſsione 8
facti alieni, ſi ad illud,ob cedulæ bancariæ traditionẽ, reduceretur,idem Seraph. d. loco nu.31.& in puncto à nobis eſt obtentum.

† Sunt tamen circà hæc conſideranda quę dixerunt 9
Bald. qui nihil ignorauit, in l. ſi pater C. de coll. Dec. conſ.325.& Ruin.conſ.132.nu.1.in primo, & conſ.67. nu.2.in 4.nec non Franch.Deciſ.4. parte prima.

† Crederem tamen, quod ſi impoſſibile eſſet, aliquo 10
reſpectu,promiſſionem ad effectũ perducere, quod nec

ILLAT. Iuramentum arctaret; † quemadmodum non coarta- 11
ret iurantem ſoluere in pecunia, quò minus vteretur

Benefi-

Beneficio Auth. Hoc nisi debitor C. De solut. offerendo
12 nempè meliora bona; † quamuis regulariter iurāti iurè soleat denegari ex d. ratione, cum relatis à Seraph. d. Priuileg. 74. nu. 33. Tessaurus tamen in Dec. 53. infin. distinguit.

EPITOME.

Absolutio ab Iuramento non conceditur ei, qui iurauit, contenta in instrumento esse vera, & qui detegeret turpitudinem suam non cogitur iurare.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Obligatus cum iuramento tenetur praecise.*
2 *Iurans potest obtinere absolutionem ab iuramento, & excipere contrà promissionem.*
3 *Promissio, etiam cum iuramento, non petere absolutionem, non impedit, quò minus non possit obtineri.*
4 *Iurans, omnia narrata esse vera, non potest absolutionem ab iuramento obtinere.*
5 *Iurans, narrata esse vera, non potest allegare simulationem contractus.*
6 *Qui asserit se falsum iurare, detegit turpitudinem suam.*
7 *Asserens, se falsum iurasse, non potest obtinere absolutionem.*

8 Non

8 *Non cogitur iurare qui, iurando, detegeret turpitudinem suam.*

9 *Cautela est, à principio proponere positiones contrarias.*

OBSERVATIO V.

OBLIGATI † cũ iuramento, quãuis ad complendam promisſionẽ præcisè posſint compelli c. de 1
bitores, cũ simill. de iureiur. Accur. in l. si pecuniam, de cond. ob cauſ. & in l. eadem, ex quib. cauſ. maior. † ex 2
causa tamen à Iudice Ecclesiastico possunt obtinere absolutionem ab illo iuramento, secundum modum relatum à doctissimo, non minusquam Religiosiſs. Episc. Didac. Couarr. lib. 1. var. resol. cap. 4. post nu. 5. & indè excipere, & se defendere à facta promisſione.

Quarè si quis peteret à me remedium ad impediendam huiusmodi absolutionẽ, † quoniã promittere, eã 3
non petere, etiam cum iuramento, tutum non est, cum etiam ab hac ipsa promissione absolutionem consequi possimus, vt docet Seraph. in tract. de priuil. iur. priuil.
OBSER. 83. n. 46. † recurrerẽ ad Doctrinam Aretini in l. nemo 4
potest, de leg. 1. quo loci docet, Non posse petere absolutionem ab iuramento eum, qui in instrumẽto iurauit, vera esse in eo narrata, & ob id, iuxtà hanc clausulam, curarem, vt per debitorem formiter adhiberetur iuramentum † per quod etiam impedietur allegare simu- 5
lationem contractus, ex communi Cach. dec. 42. nu. 7.

LEX. Cautela hæc Aretini potest, non iniuria, nisi in resp. Paul. in l. iusiurandũ 17. & Vlp. in l. aliàs 18. de iureiur. quatenus scribentes deducunt ex ijs, pręstitum iuramẽtum esse seruandum præcisè.

AVCT. Sed manifestisſime Aretinum sequuntur scribentes

in

in d.l.nemo potest,& præsertim Iaf.num.46. Ant.Maff. Gal. ad formul. Camer. in 1.quçst.ad 6. part. num. 47. Gramm.Dec.45. nu. 2.& multos cumulat Seraph.in d. Tract.Priuil.59.post nu.2.cum pluribus seqq. refellens Ripæ,& aliorum contrarias opiniones.

6 † Nec à longè est petenda ratio, cum deducatur ex dictis Iasonis,& allegatorum; nam petens hanc absolutionem; cum dicat in constitutione contractus falsum iurasse;detegit propriam turpitudinem,ac periuriuum, RATIO.

7 † propter quod omninò ei debet denegari auxilium legis, & beneficium absolutionis ab iuramento, vt tradit Bart.in d.l.iusiurandum ad §.Procurator.

8 † Decet enim, petentem repellere à limine iudicij, ILLAT. cum per contrarium, nec ob iuramentum, aliàs præstitum, possit quis abstringi ad deponendum contrà se in positionibus iudicialibus, quoniam salua existimatione iurare non posset, vt faciunt tradita per Bart. Angel. Fulgos. & alios, per quos notat Cacher. Decis. 11. nn 3.

9 † Ex quo causarum Patroni solent à principio deducere quasdam positiones contrarias ijs,quas verosimiliter propositurus est Aduersarius: sed caueant,nè aliquando nimis cautè in hoc agant.

EPITOME

Citrà crimen periurij potest impugnari contractus iuratus die Festo, non minusquã laudum latum extrà tempus, & materiam compromissam, cum Iuramento de non contraueniendo.

SUM-

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Non ab omni facto iurato, quod impugnatur, necessaria est absolutio.*

2 *Iurans die Festo, potest excipere, citrà crimen periurij.*

3 *In die feriata in honorem Dei non licet interponere Iuramentum confirmatorium.*

4 *Quod est nullum, nullum producit effectum.*

5 *Brogninus Volaterris nullam declarauit Donationem iuratam die Festo.*

6 *Dies Festi, in quibus non licet iurare, remissiuè.*

7 *Laudum, latum extrà tempus, & rem compromissam nullum est.*

8 *Laudum nullum, citrà periculum, potest impugnari etiam quod sit iuratum non contrauenire.*

9 *Statutum Mercatorum Senen. declarat nullum laudum, latum extrà rem, & tempus compromissum.*

10 *Laudum, latum secundum formam statuti Mercatorum Senens. non potest facile impugnari.*

OBSERVATIO VI.

TANDEM, in eadem materia absolutionis ab Iuramento, illud est obseruandum † Non ab omni iuramento necessarium esse impetrare absolutionem, nè contrà ius, fasq; ab eo deficiamus; † Si enim iuramentnm sit interpositum die feriato in honorem Dei, tunc ab interponente, citrà peccatum, etiam quod ab

OBSER. 1 2

ab eius vinculo non fuerit solutus, potest sperni. A

Honesta quidem, ac religiosa constitutio, & digna Alex. III. Senensi, relata in c. 1. De Fer. & cōfert, saltē ob suā generalitatē tex. in l. omnes. 7. eod. tit. in 3. lib. Cod. LEX.

Et in puncto notat Lanf. de Orian. in c. quoniam contrà De Probat. in fin. princip. vers. & per hoc infero. quem refert, & sequitur Io. Bapt. Plot. in l. si quando C. vnd. vi nu. 755. & seq. afferens aliòs idem tenentes. & præcipuè Ferrat. in 3. Cautel. AVCT.

3 † Ratio est ea, quam suggerit dicta constitutio, dum prohibet, diebus in honorem Dei signatis, Sacramētum interponi, ob id enim nulla esset quæuis interpositio prçter casus à Summ. Pont. ibi expressos, vt obseruat RATIO.
4 Lanf. alleg. loco vers. Nullum enim. † Et quod nullum est, nullum prorsus producit effectū l. Decem. §. Decem. cum vulg. De verb. oblig.

5 † Quarè Excellentiss. D. Brogn. Caual. his temporibus Iudex Ord. in hac Ciuitate, in 9. Decis. in prima parte num. 32. asserit ex hac causa Volaterris Donationem quamdam nullam, & inefficacem iudicasse: videtę eum, quia cumulat præcitatos omnes, & alios nonnullos
6 Explicans † quoq; qui nam sint illi dies, in quibus à iurando sit abstinendum, licet fortè in ijs recensendis nimis prodigus sit.

7 † Ob id, cum nullum pariter dici possit illud laudū, quod est prolatum de re non compromissa, vel extrà ILLAT.
8 tempus ordinatum, † poterit impugnari sinè absolutione, quamuis iuratum fuerit à Compromittentibus, non contrauenire, Felin. in rub. De for. comp. Corn. Paris. & alij alleg. à Seraph. in Tract. De priuil. iuram.
9 Priuileg. 61. n. 23. † Ex quo non mirū si illi duo casus sint notati, atq; excepti in Statuto Mercatorum nostro-
10 rum sub rub. 128. 2. Dist. † Quod alioquin nimis parcè procedit in permittenda reuisione laudi.

C ACA-

ACADEMIA SECVNDA.

De Clericis, & Monacis.

EPITOME

Clericus semel approbatus ad beneficium, ad aliud eiusdē qualitatis non est iterū examinandus circà Doctrinam: inquiritur de moribus, & si comitem habeant delictum, excludetur perpetuò, vt frequenter accidit Senis in promouendis ad ciuilia munera Laicis.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Clericus, maximè licentiatus, vel Doctor, semel approbatus, ad simile beneficium obtinendum iterum non est examinandus.*

2 *Quod procedit etiam stante Commissione Summ. Pontificis cum Clauf. si idoneus reperiatur.*

3 *Examen potissimum fit ad inquirendam scientiam examinati.*

4 *Pro maiori Beneficio iterum fit examen.*

5 *Ex consuetudine, vel Diœcesana cōstitutione alicubi pariter fit de nouo examen.*

6 *Scientia vetustate augetur.*

7 *Mores facillimè mutari solent, ideò de ijs semper inquiritur.*

8 *Clericus*

8 *Clericus, de Moribus examinatus, potest approbari, quamuis aliàs fuerit reprobatus, & contrà.*
9 *Criminosus non recipitur ad dignitatem.*
10 *Doctor ob delictum potest priuari insignibus.*
11 *Senis criminosi pro Iudicis, vel Notarij ministerio, solet à Dominis Officialibus Baliæ reprobari.*

OBSERVATIO. I.

IN gratiam eorum, qui Sacerdotij dignitate, ac habitu Clericali hanc Academiam splendidiorem reddunt, æquum est, vt aliqua ad eorum religiosam vitam; OBSER.
1 & probatos mores spectantia, referam. † Et primò illud ocurrit obseruandum, quod si cui, præuio legitimo examine, & Collegij, ac Ordinarij probatione, alicuius Ecclesiæ cura fuerit commissa, si postmodum idem quã aliam Ecclesiam, vel nouum aliquod simile Beneficium, puta, à Sanctissimo obtinuerit, examinibus amplius vexandus nõ est, probatur ex tex. in c. licet 5. De off. legat. LEX.
in c. ad Apostolicam De Reg. & intr. Relig. & in c. De Petro 47. Dist. vbi Gloss. in verb. (Ignota.)

Amplectitur hanc opinionem Abb. in c. accepimus AVCT.
De Aetat. & qual. nu. 6. in princ. ibi (Quod si nihil non) & alios Rebuff. in Prax. ben. De ref. in for. paup. ꝑ grad.

2 Quod † procedere putant scribentes, quamuis Sanctissimus dixerit in literis (si per legitimum examen idoneum reperietis, super quo cõscientiam vestram oneramus) vt clarè tradit in terminis Vinc. Carocc. in tract. locat. & cond. ad l. inuitus C. locat.

3 Vult enim † Summ. Pontifex Ecclesiam huic Clerico dari, si in scientijs adeò sit versatus, vt possit munera RATIO.
illius expedire, quod dijudicat Ordinarius loci, mediante examine, quod profectò manifestum est ex præce-

denti inquisitione facta ad primum beneficium † (Nisi 4
fortè maius,ac dignius esset secundum,per ea, quæ tradit Abb. d.nu.6.& Felin.in c.cùm venerabilis.nu.46. & seq. De except. in quibus terminis fortè loquitur Oldr. cons.17. † vel ab aliqua Consuetudine,vel Diœcesana 5
constitutione contrarium esset receptum ; secundum quos terminos videtur loqui Chass.De consuet. Burg. Rub.4. §.7.vers.si esse .n. est dum &c. nu.43.) † Scien- 6
tia enim potius aucta præsumitur , cum M. Tullius luculentissimè testetur,omnia tempore minui , scientiam autem solam augeri vetustate.

Et ideò † cum Mores sepè mutari soleant,de ijs fa- 7
cienda erit noua inquisitio,Carocc.d.loco † Et quam- 8
uis aliàs fuerit approbatus , reprobari nihilominus poterit ; sicuti,per contrarium,repertus idoneus admitteretur etiam is,qui aliàs fuerit reprobatus , vt ibidē Carocc. † Dummodo reprobatio non processerit à deli- 9
cto,quia tunc nunquam recipitur,per ea,quæ tradit Felin.d.loco † sicuti etiam potest ob eamdē causam Doc- 1
tor orbari insignibus doctoreis, sine vlla spe recuperandi Abb.in c. cum secundum num.12. de Prabend.& ibi additio in verb. (Reprobari)

Hoc Senis † frequenter obseruatū vidi ab Illustriss. 1
& Clariss.Dominis Magistratus Baliç,& ab ijs Deputatis Doctoribus in approbādis,singulis annis, Iudicibus, ac Notarijs ad exercendum munera sua in Districtu Senarum , quos enim ob crimen commissum in officio notatos reperiunt , haud admittere solent . Proqua tam laudabili consuetudine,longa annorum serie confirmata,vltrà præcitatos,confert tex. in l.si aliquid 12. C.De suscept. præpos.lib.10.& Capic.Decis.121.nu.12.cum alleg.à Carocc.d.nu.8.

EPITOME

EPITOME

1 *Religionis ingressus purgat Filij ingratitudinẽ ergà Patrẽ commissam, non minus quàm infamiam, & illegitimitatem, & eximit delinquentem à potestate Iudicis secularis, re integra.*

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *In Filios Antiqui sæuire poterant vsq; ad necem*
2 *Iure Ciuili Filij ingrati possunt à parentibus exhæredari.*
3 *Filius ingratus, si Religionem ingrediatur, non potest à Parentibus exhæredari.*
4 *De Iure Ciuili Accurtius contrarium sentit.*
5 *Religionis ingressus facit nouum hominem, et purgat omnem maculam.*
6 *Infamis ingressu Religionis restituitur.*
7 *Ingressu Monasterij quis efficitur legitimus.*
8 *Expositi maiori Zenodochio Senis fiunt legitimi.*
9 *Criminosus factus Clericus, vel Monachus, re integra, eximitur à potestate Iudicis Laici.*
10 *Criminoso facto Clerico, vel Monacho, re non integra, Iudex Laicus potest cognoscere de causa, non autem circà personam statuere.*
11 *Detento verò in carceribus, ad pœnam etiam procedet.*

OBSER-



OBSERVATIO II.

CONTRA Filios ingratos † Parentes fęuire potuisse, etiam vsq; ad necem, clarè patet, tum exemplo Darij Persarum Regis ergà Ariobazzanem filium, tum Bruti, tum Cassij, & sexcentorum aliorum, qui proprios filios interfecerunt, vt pleni sunt antiquorum scriptorum libri, & testatur luculenter Paul. I. C. ad Sabin. in l. 11. De lib. & posth. & post eum Imp. Cõst. ad Maxim. in l. fin. De patr. pot. † Ex quo non mirum si leges nostræ; quæ exactiori cura prouident, vt Filij debita reuerentia Patrem prosequantur; permiserunt eos paterna successione orbari ex certis causis, ab Imp. Iust. enumeratis in §. Aliud quoq; capitulum Auth. vt cum de apell. cognosc. & repetitis mox à Gloss. in cap. Quintauallis De iniur.

OBSER. Sagax † tamen Filius, & prudens; si fortè in vna ex illis causis deliquerit, nec Patrem sibi conciliare posset, piam aliquam Religionem profiteatur: tunc enim iura, æquitasuæ sacrarum constitutionum non permittent à parentibus, quantumuis offensis, exhæredari.

LEX. Clarus est tex. in c. Non liceat. 19. q. 3. & plurimum confert Nouella in Auth. De Monac. in princ.

AVCT. Et videtur idem sentire Accurs. in gloss. (ingratum) in l. Deo nobis, fin. C. De Episc. & Cler. & clarius loquitur Gloss. in d. c. non licet in verb. (ingratitudinis) Hanc eamdem opinionem defendit Iac. de Aret. attestante Cyn. in d l. fin. in 2. quæst. contrà Iac. de Rau. cui videtur assentire Ias. in Auth. Non licet nu. 4. C. De liber. præt. Qui † tamen possunt fortè conciliari distinctione Accurtij, relata per eum in scolio, super verb. (Deteget) in d. Auth. De Monac. hoc est Iac. de Rau. & alios esse lo quutos inspectò mero iuris ciuilis rigore, quod est ad mentem Hipp. Marsi. in rub. De fideiuss. nu. 116. & Syl.

in

in summ. verb. (Religio) num. 24. cum alleg. à Didac. in c. Rainutius in principio nu. 20. de Test. Pet. Surdus autem in Tract. De Alim. Tit. 7. q. 1. post nu. 37. indistinctè resoluit pro parte Iac. de Aret. & cũ eo Chassan. in consf. Burg. rub. 1. §. 5. num. 103. & seq. Tit. se acun. comm. semp. Tar. quamuis sub rub. 7. §. 2. nu. 22. Tit. si nõ pcur. acun. recinat palinodiam. RATIO.

5 Beneficium † hoc consequitur Filius fauore Religionis, cum eius ingressu videatur nouum hominem induisse, & quodammodo renatus, ità sentit Laur. de Palat. in Tract. super stat. fœm. exclud. num. 105. & seq. purgatur enim omnis macula, vt dicunt nostri, Acc. in d. Gloss. (Ingratum) & Bern. Parm. in Gloss. in c. fin. De

6 fil. Præsbit. in fin. & Chassan. d. nu. 103. & Surd. ibid.

Ideò † in simili restituitur famæ fama laborans ob

7 clericatum, vt per Imol. Fel & alios monet Marsil. d. loco

8 n. 125. † & natalibus per ingressam Religionis naturalis, vel spurius Ias Marsil. & Surd. allegatis locis † vt Senis accidit ijs, qui Hospitali Maiori Annunciationis Beatæ Mariæ de Scala exponuntur, statim enim ac deducuntur ex marmorea vrna, non longè à Porta Ecclesię, ad id constituta, gaudent beneficio legitimationis.

9 An autem † per Clericatum, vel Religionis ingressum eximãtur à iurisdictione Iudicis Laici ob perpetratum crimmen delinquentes, varias in partes DD. trahuntur, Bart in l. 1 nu. 4. ff. De pęn. & in l. adulter §. 1 De adulter. resolutio tamẽ receptior hęc est; Quod si causa nõ sit incoata liberẽtur omninò, ẽt quo ad causã, à potestate Iudicis secularis, Ant. Gomes. lib. 3. var. resol. c. 10.

10 nu 5. Plaza. lib. 1. delictorum c. 35. † si verò Iudicium cæptum sit, cum arguatur mala fides, Iudex cognoscet de causa, statuens circà bona, relicta pœnitus persoua;

11 Couarr. pract. quęst. 32. nu 4. † Circà quam tunc cognoscet, & ad pœnam vsq; inclusiuè procedet, si reus fuisset

fuisset in carcerem detentus, facta tamen prius degradatione ab Ordinario, Tib.Dec.in tract.Crim.lib.4. cap.9. nu.137.& seq. & ad omnia hæc videte Iul. Clar. lib.5.sentent.§.fin.Prax.Crimen.quęst.36.in fin.nu.38.

EPITOME

Clerici, ob iniuriam sibi illatam, impunè reum accusant, facta protestatione, etiam quod pœna sanguimis imponatur: sed deprehensi cum armis à familia laicorum puniuntur ab Ecclesiastico pœna statutaria.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Clerici non possunt accusare ad publicam vindictam, etiam si non imponeretur pœna sanguinis.*
2 *Clerici possunt insultantes impunè accusare, etiam quod sequatur pœna sanguinis.*
3 *Clerici accusando debent protestari, se non accusare, vt reus puniatur pœna sanguinis.*
4 *Non debet aperiri Laicis via ad Clericos insultaudos.*
5 *Clerici coram Iudice Laico non possunt reconueniri in Criminalibus.*
6 *Clerici in fragranti crimine possunt à familia Laicorum capi.*
7 *Clerici ligantur aliquando statutis Laicorum.*

OBSER-

OBSERVATIO III.

1 SI Clerici † arcentur ab accusatione ad publicam vindictam, quamuis pœna sanguinis non sequatur c. Sacerdotem 2. q. 7. & c. nullus 11. q. 1. tradit Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 3. cap. 10. num. 1. & cap. 16. nu. 5. iniuriam ijs, vel Ecclesiæ factam inuendicatam relinqui, non est permissum.

2 Equidem † prudenter Bonifacius VIII. ac benè fecit (vt facta cum nomine conuenirent) statuendo, Clericis, citrà periculũ irregularitatis, apud Iudices, etiam Laicos, licere deducere Aduersarios suos, quamuis ex commisso crimine pœna sanguinis esset imponenda, & OBSER.
3 cum effectu deindè imponeretur † voluit tamen, vt antè accusationem expresse protestentur; se nõ ad vindictam Reos inducere, nec vt pœna sanguinis vlla ijs infligatur.

Hoc Decretum est relatum in c. 2. De Homic. in 6. mirificè corroboratum, atq; exaggeratum à Gloss. ibi in verb. (Protestando) LEX.

Mox cõfirmatum à Scribentibus in c. cum P. Manconella De accusat. præcipuè à Mariano Soc. nostro, clarissimo Iuris lumine nu. 12. ab Abbate nu. 10. & ab alijs, quos refert, & sequitur Decian. d. cap. 10. num. 3. vltrà quos est etiam Mart. Nauarr. lib. 5. consil. tit. De iniur. consil. 3. & consil. 9. sub tit. De homicid. AVCT.

4 Nec † longius est perquirendum, cur id, saltem huiusmodi cautione, aduersus communes regulas, concedatur, cum claris verbis exprimatur à Summ. Pontif. in d. c. 2. nimirum, quia aperiretur via improbis, ac facinorosis hominibus, non minus sæuiter, quàm tutè in Clericos (De quibus scriptum est, Nolite tangere Christos meos) inuehendi, vt etiam perpendit Anton. Gomez. lib. 3. var. resol. cap. 1. nu. 33. in fin. RATIO.

D Non

ILL. Non † tamen ex hoc poterunt à Delinquentibus reconueniri coram illo Iudice Laico, vt tradunt scribentes in c. At si Clerici.de Iudic.cõmune hoc, post alios, dicit Iul.Clar.in Prax. crim.§.fin.quæst. 36.nu.5.& consuetudine seruari, post Io.And.testatur Decian. d.tract. lib.4.cap.9. nu.17. Penitus † enim Laicis sunt obligatę manus, pręcipuè in criminalibus, ergà Clericos; quarè eos comprehensos in fragranti crimine, puta armatos, tenentur remittere Ecclesiastico Iudici, puniendos tamen pecuniaria ex statuto; † quo in his casibus, & similibus vinciuntur ob publicam quietem, Petr.à Plaza in Epit. Delict.lib. 11. cap.18. num.25. Marsil.in Prax. crim.§.Pro complemento nu.1.& 2.& Clar. alleg. loco nu.22.quamuis regulariter contrarium seruetur, DD.in l.cũctos Populos C.de Sum.Trin.& Fid Cath.& alij cumulati à Decian. d. cap. 9. nu. 59. videte tamen in hoc pulchrum cõs.27. eiusd.Nauarr.d.lib.5.sub tit.De sent. excomm.

5 6 7

EPITOME

Commune est beneficium Clericis, & Aduocatis, ac Doctoribus, tanquam peculium, lucrari libros, tutè degere in Ecclesijs, & in Scolis, vbi iura docent, vel in foro, vbi iura dicunt.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Clerici, & Doctores, et Aduocati habent quædam priuilegia communia.*

2 *Clerici, mortuo Parente, non conferunt libros, sibi à Patre*

à Patre traditos, occasione studij.

3 *Aduocati, & Doctores lucrantur libros, emptos à Patre pro studio, & nu. seq.*

4 *Filius non dum factus Doctor, nec licentiatus, mortuo Patre, an conferat libros.*

5 *Fauore studij aliqua specialia conceduntur.*

6 *Libri Doctorum, vel Aduocatorum considerantur tanquam peculium castrense.*

7 *Filius familias miles non confert Arma.*

8 *Nec computat in quartam, quod honoris occasione solutum est, puta pro habitu Religionis D. Ioannis, vel S. Stephani Papæ & Mart.*

9 *Pro debito ciuili nec Doctores, nec Clerici Senis commendantur Carceribus.*

10 *Laici non minus quàm Clerici, accurrẽtes ad Ecclesiam, gaudent Priuilegio immunitatis.*

11 *Aduocatus in foro, & lector in studio tuti sunt à satellitibus Iustitiæ.*

12 *In scolis scolares sunt tuti.*

13 *Rei perducti ad patibulum, occurrentibus Cardinalibus, ex consuetudine liberantur.*

OBSERVATIO. IV.

1 CLERICI † in sortem Domini vocati, ac donis spiritualibus, & prærogatiuis quamplurimis insigniti, in pertinentibus tamen ad prophanos vsus, & in Priuilegijs temporalibus habent socios Doctores, &
2 Aduocatos † quemadmodũ enim Clerici lucrarẽtur li-

bros, si quos Pater studij causa, ijs tradiderat, nec eos cũ Fratribus conferunt, vt docet Marſ. in rub. de Fideiuſſ. nu. 125. & Io. Petr. Surd. in tract. de Alim. tit. 7. quæst.

OBSER. 1. n. 43. † Ità quoq; filij famil. Aduocati, vel laureã doctoratus adepti, eoſdem libros lucrantur, nec eos communes cum Fratribus habent. 3

LEX. Satis clarum teſtimonium eſt reſp. Vlp. I.C. in l. quæ Pater. 51. Famil. Ercisc. confert quoq; tex. in l. Filiæ 18. C. eod. Tit. maximè accedente ſcolio Accurſij in vtroq; loco.

AVCT. Nam † licèt in Filio ſcolare ſit controuerſum, & vix ſine diſtinctione poſſit controuerſia dirimi, vt poſt Bart. in l. 1. §. nec caſtrenſe. De collat. bon. refert Surd. d. tract. tit. 6. quæſt. 6. in fin. in Doctore tamen, vel Aduocato videtur eſſe ſine difficultate, Marſ. d. loco Bald. (de ſcolare quoq;) latè differens in d. l. Filiæ num. 10. & ſeq. & in l. ſi Filius famil. 4. in eod. titul. famil. ercisc. plenè Rip. in l. in quartam, ad leg. Falc. poſt num. 168. & nouiſsimè Brogn. De Vſufruct. mul. legat. nu. 192. 4

Fauor † ſtudijs bonarum artium collatus per d. l. 51. obſeruatus à Bald. d. nu. 10. operatur fortè, vt tranſeant † hi libri in peculium quaſi caſtrenſe, quod, cum ſit exemptum à collatione, facit quoq; illos immunes, eoſq;, mortuo parente, penès Filios conſeruat, argum. d. §. nec caſtrenſe. 5 6

Aequum † etenim eſt, Doctores libros ſuos facere, cum Milites filij famil. lucrentur arma d. l. 4. & ibi Bald. & DD. C. Famil. ercisc. & Rip. d. loco n. 167. Nec teneãtur † computare in quartã legitimã quæ impendit pater in Militia, vel in honoribus comparandis, vt puta in aſſumendo habitu Sacratiſſimæ Religionis Equitum D. Io. aut D. Stephani Papæ, & Mart. & ſimilium, in pũcto Rip. alleg. loco nu. 166. 7 8

Procedunt à pari etiam in alijs: nam in caſibus, in quibus

9 quibus prædictorum persona retineri potest(Pro † ciuili enim debito,nec Doctores, nec Clerici solent in carcerē conijci Senis: adstipulatur doctrina eiusdem Ripæ in l.centurio nu.16.& seq.de vulg. & Marsil. in titul. de quæst. l. edictum num.8.) vt Clericus in sua Ecclesia
10 (quæ † pariter tutissimum quoq; refugium est etiam Laicis c.inter alia De immun.ecclesf.Clar.in §.fin. q.30. Prax. crim.) tutè tegitur; † ità Doctor ex scolis, in
11 quibus legit,vel Aduocatus ex foro,vbi causas agit, inuitus non amouebitur: pulcra est doctrina nostrorum, de qua per Decian.in tract.crim.lib.6. cap.28. nu.13.& seq. Et Clar. d. loco nu.24. ostendit, ex consuetudine extendi immunitatem ad Scolares, allegans Rebuff. & alios tractantes de Priuileg.scol. facit Rom.in l. pleriq; nu.5.de in ius voc. & melius Decian. ibid. nu.12.

Est tamen † vnicum, ac singulare Clericorum Pri-
12 uilegium ex consuetudine in ijs potissimum inductum, qui Cardines Ecclesiæ,ac firmissima fundamenta reputantur; vt si quis à Carnifice moriturus perducatur, ad solam quodammodo Pilei; auro, ac ostro nitentis; vmbram accesserit,sit omninò liberãdus Castr.in l.Additos. infin. & ibi Adden. C. de Episc. aud. Clar. alleg. loco nu.25. & Decian. d.lib.6. cap.29. nu.9. Contigit autem Neapoli; Regia Ciuitate; liberari reum falsi crimine damnatum, ad nutum transeuntis Cardinalis,acclamatne Populo, vt mihi perlatum fuit Salerni, non longè ab illa Ciuitate,dũ in antiquissimo illo Gymnasio Ius ciuile in prima sede de mane interpretrarer.

EPITOME

Renunciationes, & Donationes, antè ingressum Religionis facta, recipiunt robur ab

ab iuramento, vel geminatione: post ingressum aut ex auctoritate ordinarij, vel testamēto, aut ex reseruatione facta in ingressu.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Renunciationes, quæ fiunt ab ingredientibus Religionem periculosæ sunt, & nu. 14.* 1

2 *Renunciationes, vel Donationes faciendæ ab ingredientibus religionem quomodo ordinentur, & num. 4.*

3 *Cicero non respondebat eo die, quo non studuisset.*

5 *Nouitius infrà annum potest testari.*

6 *In testamentis contrahere possumus.*

7 *Donatarijs possumus legare, eosdemq; hæredes in testamento instituere, & nu. 14. & 18.*

8 *Concilium Trid. loquens de Renunciat. faciendis à Religiosis, non comprehendit Laicos, dum in domo Patris sunt, nec disponentes per vltimas voluntates, & nu. seq.*

10 *Prohibitio loquens de contractibus non comprehendit testamenta.*

11 *Dispositiones prohibitiuæ non extēduntur de vno, ad alterum casum.*

12 *Filij famil. non possunt facere testamentum.*

13 *Cautela est emancipare filios, vt possint testari.*

15 *Testator professus Religionem non potest mutare testamentum, antè professionem factum.*

16 Cau-

OBSERVATIO V.

1 CONTINGIT † ab ingredientibus Religionē, & à fœminis præsertim, fieri donationes propinquis, vel renunciari hæreditati parentum, & non minus periculosæ sunt, quam frequentes.

2 Expedit † autem illas antè ingressum ordinare. Pacta, & conuentiones, etiam iteratò inire, & Iuramento confirmare: vel si post ingressum fieri contigerit; nec possit haberi approbatio ordinarij, ad mentem Tridentinæ Synodi; commodum erit in testamento per legatum, vel hæredis institutionem conficere. OBSER.

Et his diebus potissimum interrogatus à Sperimentato vestro pro nobili puella eius affini, post duorum dierum intercapedinem; † cum nec M. Tullius, quo die
3 non legisset, respondere non auderet; respondi, ordinando, † vt per contractum fieret Renunciatio iuri
4 succes-

succeſſionis paternę, & bonorum maternorum donatio antè ingreſſum Monaſterij, & habitus (vt vulgo dicitur) ſuſceptionem, cum quibuſdam cautionibus, ni fallor, non vulgaribus.

Tum etiam quia propè diem debet Cœnobium ingredi, & habitum induere, ad tollendum obicem, nè diceretur contractum eſſe in ipſo ingreſsù, & habitus ſuſceptione, vt tutè omninò ageretur, conſului, fieri emancipationem, vt filia deindè teſtari poſſet, (Teſtamentum † enim poſt ingreſſum quoq; fieri licet ei, 5
qui eſt in probatione, quem Nouitium, vulgò dicunt, Clar. in §. Teſtamentum quæſt. 28. nu. 6.) In quo teſtō primum † per contractum volui, vt confirmaret d. re- 6
nunciationem, & donationē: Mox † ſi vnquam contra- 7
ctus impugnaretur, & reſcinderetur, res illas donatas, & iura ceſſa ijſdem donatarijs, & ceſſionarijs prælegari; eoſdem demum hæredes quoq; vniuerſales fieri; & nouo, & fortè non ſpernendo modo, quaſdam clauſulas derogatorias, adiecto iuramento, adhiberi.

LEX. Tota † hæc cautio pēdet ex præcitato Decreto Sa- 8
cri Concilij Trid. ſub Rub. De Regular. & Monial. cap. 16. in principio, & eſt in 25. ſeſſ. Quod cum ſit poſitum ſub Rub. de Reg. & Monial. † & loquatur præcisè de 9
Renunciationibus, & obligationibus; ijs tradens certā, ac determinatam formam; non comprehendit puellas, nec alios quoſcunq; Laicos, dum in propria, vel patris domo adhuc commorantur, nondum ſuſcepto Religionis habitù; & multò minus non reformat Teſtamenta, nec alias ſimiles vltimas morientium voluntates.

AVCT. Corroboratur hoc ex ſupræma Pontificia autoritate, declarata in Sacratiſſima Congregatione Illuſtriſs. Cardinalium, ſuper ritibus, & eius notas manuſcriptas habet hic Senis Illuſtriſs. & Reu. D. Franc. Maria Tauruſius S. R. E. Card. noſtrę Ciuitatis Archiep. † Cenſuit 10
enim

enim Sacra Congregatio, primò Patres in Concilio non loquutos de Renunciationibus, vel Donationibus, quæ fiunt antè susceptionem habitus, sed de factis postea, vel in ipso ingressu Monasterij, vt luculentissimè testatur Mart. Nauar. tit. de regul. consf. 81. in 3. lib. & fuisse iuxtà prędicta decisũ in Prouincia Marchię, refert Grat. decis. 37. mox. cum expressissent contractus solum, noluisse includere in reformatione testamenta † quod est conformè regulis nostris per ea, quæ tradunt Gloss. &
11 DD. in l. Testamentum, in fin. C. de Testam. RATIO.

Rationi † etenim consonum est, vt constitutiones prohibitiuæ, & quæ liberam disponendi facultatem coarctant, infrà suos fines contineatur, nec de vno ad alterum casum extendantur, argu. l. inter stipulantem, de verb. oblig. & facit c. odia de reg. in 6. & sunt loca vulg.
12 Testamentum † quidem ista Puella donatrix condere non poterat, quia in potestate Patris erat constituta l. Tam is. 25. De Donat. caus. mort. Iust. in prin. Tit. quib. non est permiss. facer. Test. tradit Alex. consil. 7.
13 vol. 2. † Ideò fuit necessaria emancipatio l. fin. C. De emancip. liber. & est cautio, quã ponit Durant. in Tract. De art. Test. tit. 1. cautel. 1. nu. 2. & Cepoll. Caut. 113. circà finem.
14 Ex † testamento autem hæc commoda percipi possunt, primò si renunciatio rescinderetur, quod fortè, adhibitis etiam omnibus solemnitatibus, non esset impossibilè; consequerentur Donatarij eadem iura, mediante institutione, tanquam hæredes, donante superui-
15 uente Parentibus, † quia post professionem, testamẽtum non potest à Testatore reuocari, Iul. Clar. in §. Te-
16 stamentum quęst. 28. in fin. † & antè professionem cum maxima difficultate, si adhibeantur clausulæ derogatoriæ oportunæ, & roborentur iutamento, vt factum est à nobis, ob vim, quam monstrat Clar. in d. §. Testamen-

tum quæſt.94. num.5. & poſt eum Gabriell. conſ.114. nu.3. part.2. † Imò, nec in minima parte ex ingreſſu Monaſterij infimatur, facta præſertim mentione Religionis, quam, & ſi neceſſariam nõ putem, ſcio tamẽ non modicè prodeſſe ad validitatem, Clar. d. quæſt.28. nu. 4. & ſeq. 17

Mox † ſi aliqua machinatione ſubuerteretur à Monaſterio, dicta bona donata, & materna præſertim ſucceſſio (deceſſerat .n. iamdiù Donatricis Mater) cum iure legati ſint relicta, iuxtà ſententiam Clari d. quæſt. 28. nu.4. ſecundum terminos Auth. ex cauſa C. de lib. præter. deberentur, vt legatum, ſtante præcipuè clauſ. codicillari, per ea, quę ex communi ſententia tradit Gabriell. in comm. Tit. de clauſ. codicill. concluſ.7. & Moderni tractantes de dicta clauſula. 18

Poſtremò ratificatio, facta per contractum in teſtamento, de renunciatione, & donatione, nõ modicè proficit † nè dum ob geminationem, quę plurimum roboris tribuit l. cum ſcimus §. ſin autem, vbi Bart. C. de Agric. & cenſit. lib.10. l. cum Maritus §. fin. de pact. dotal. cum ſimil. & in puncto Carol. Anton. Put. in conſil. vnic. nu.62. inter conſil. Oddi, ſed etiam propter Iuramentum, quod facilè fuit interponere, cum degat in terris Eccleſiæ † Senis autem, & quia fœmina, & quia in poteſtate (ſaltem ante emancipationem) non potuiſſet iurare, repugnante Iure municipali † Quod iuramentum quantum habeat roboris in huiuſmodi renunciationibus latè probat Seraph. de Priuileg. Iuran. Priuileg 21. † præſertim ſi adeſſet defectus in ſolemnitatibus, requiſitis ob minorem ętatem; cum ex communi ſententia, ſtante iuramento, non ſint neceſſariæ, vt latè in puncto comprobat Put. d. conſ. nu.48. & ſeq. 19 20 21 22

Hæc omnia communi voto fuerunt approbata ab Aduocatis Patris prædictæ Puellę, & ideò iuxtà dictam

formam

23 formam omnia per acta † Nec enim aliud addi potuisset, quàm autoritas, & comprobatio Prælati, vel eius Vicarij, ad mentem prædictæ Tridentinæ Constitutionis, quod iustis causis fieri non poterat.

Quando tamen ob aliquod impedimẽtum prædicta, vel saltem vtiliora, fieri non possent, puta ob minorem ætatem, ob quam ex statuto sub rub. de contr. min. & filiorum fam. 129. in secunda Dist. Senis difficilè est, cum consanguiniei debeant iurare contractum esse vtilẽ mi- III.
24 nori, quod in donante; † qui sua, donando, perdit l.
25 filius famil. vbi Rom. nu. 6. ff. de donat. † quamuis morales credant esse beatius, quàm accipere Glos. in rub. commod. & ibi Bologn. num. 23. Rom. idem in rub. de verb. obl. nu. 22. est durum, arg. l. fin. §. sin autem C. si
26 maior fact. † vtatur cautione Bald. in c. in præsentia n. 38. de probat. hoc est, In ingressu sibi referuet ius, non dominij; quod esset contra præceptum paupertatis; sed disponendi de eo, vel parte ipsius, cum etiam de re aliena, volente domino; dispositio valeat. Probat hoc Cagnol. in l. fin. nu. 186 & seq. C. de Pact. Syluest. in verbo (Religio. 3.) nu. 8. Bellacomb. lib. 6. recept. sentent. tit. de exequut. & public. Test. nu. 49. sed Ias. in Auth. ingressi num. 37. vers. secundo præd. conclusionem. C. De Sacros. Eccles. videtur dubitare.

EPITOME

Testamenta Monachorum, non minus quàm Militum, valent, etiam destituta extrinsecis solemnitatibus: Filiorum autẽ præteritione corruerent.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Ingredientes Religionem multa consequuntur bona, tàm spiritualia, quàm temporalia.*

2 *Testamenta ingredientium Religionem, etiam non solemniter facta, valent.*

3 *Contrarium tamen aliqui tenuerunt.*

4 *Conuenit Milites Cælestis militiæ habere eadem priuilegia, quæ habent milites armatæ militiæ.*

5 *Monaci, nec Clerici seculares possunt filios præterire in eorum testamentis.*

6 *D. Augustini dictum circà exheredationes liberorum.*

OBSERVATIO VI.

INGREDIENTES Religionem † multa qui- 1
dem ad animi salutem consequuntur bona; vt nouissimè ostendit plenè Platt. De bon. stat. Religios. sed etiam ex his sublunaribus non leuia lucrantur, & legum
OBSER. auxilia habent non modica. † Et in hoc vel maximè 2
fruuntur commodo, vt eorum testamenta, etiam non solemniter facta, & valeant, & substineantur.

LEX. Expressus est tex. in his terminis in §. Illud quoq; Auth. de Monac. ibi suis vti quo voluerint modo &c. & apud Canonistas in c. Quia nos De test. à Panorm. & DD. obseruatus ad hoc, & his adiungimus § sed actenus Instit. de mil. test.

AVCT. Huius opinionis, inter alios, sunt Abbas in d. c. quia nos nu. 4. & in c. in præsentia nu. 49. de probat. Bart. in l. 1. nu. 40. & in Auth. si qua mulier nu. 7. de Sacros. Eccles. nec non Decius (quamuis † contrarium teneat 3
in

in d. c. in præsentia nu. 66.) in cons. 31. nu. 3. quem refert, & sequitur Clar. in §. Testamentum. quæst. 28. nu. 2. commune dicit Claud. in l. inter cœtera, n. 12. de lib. & posth. cum alijs alleg. à Domin. Capis. in tract. de nu. test. in test. adhib. cap. 13. nu. 28. parte prima, quamuis ipse ibi contrarium videatur tueri.

4 Clarus autem, post Bart. & alios, † perpendit, cur id concessum sit ijs, qui ad Religionem confugiunt, & concludit, eam esse causam, cum idem reperiatur in Militibus d. §. sed actenus; nec conueniens sit, vt maiori prærogatiua gaudeant qui armis induuntur ijs, qui saccho, nec armatos præferri cœlesti militię abscriptis, vt Bart. obseruat in d. auth. si qua mulier d. nu. 7. RATIO.

5 Iason autem † extendit in d. Auth. nu. 22. etiam ad Clericos laicos, & seculares (vt dicunt) beneficium hoc; sed ego tam in ijs, quàm in Monacis putarem non comprehendi præteritionem, vel exhęredationem liberorũ absq; causa, cum DD. velint, per iura nouissima, correctum esse, nè Milites sine causa auferant hęreditatem à Filijs Ias. d. loco nu. 23. in fin. ideò prædictum priuilegium puto vagari circà extrinsecas solemnitates, putà si desit legitimus numerus testium, vel si vitium sit in subscriptione, aut signis, & similia; non autem tueri pręteri-
6 tionem, vel exhæredationem, quod potest † confirmari illo D. Augustini singulari dicto. Qui à filijs vult hæreditatem auferre, & dare Ecclesiæ, alium consulat quàm Augustinum. ILLAT.



ACA-

ACADEMIA TERTIA.

De Matrimonio, & personis coniugatis.

EPITOME

Fœmina honesta pro ciuili debito non debet in carcerem conijci: sed nupta, etiam meretrix, nec retineri, nec impunè offendi, stantè etiam statuto, potest.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Pro ciuili debito fœmina non potest carceribus commendari.*

2 *Fœmina inhonesta, etiam pro causa ciuili, retinetur in carcere.*

3 *Fœmina nupta, etiam inhonestè viuens, pro ciuili causa non mittitur in carcerem.*

4 *Fauore matrimonij specialia conceduntur.*

5 *Iniuria facta vxori, afficit maritum.*

6 *Qui non deliquit, pœnam ferre non debet.*

7 *Statuta, quæ ordinant; Meretrices impunè offendi, non comprehendunt nuptas.*

OBSERVATIO I.

CVM † pluribus priuilegijs gaudeant fœminę, ijs potissimum fruuntur, si honestatis decore refulgeant; ex quo licet regulariter pro ciuili debito in car- 1

cere

cere retineri non possint, Auth. sed nouo C. de cust. reo. l. 1. & ibi Auth. C. de off. Diu. Iud. Gaill. obser. 90. nu. 3. in 2. lib. Nec ẽt ꝑ causa criminali, quãdo pęna est pecuniaria, latè in tes. comm. lib. 9. tit. de cust. reo. num. 19.
2 & seq. † Inhonesta tamen sine repugnantia personaliter capitur, Dec. cum pluribus alleg. in l. 2. num. 73. tit. vlt. pand. & Balb. Decis. 393.

3 Sed † aduertendum est, an sit, vel nè soluta, cum nupta carceri commendari non possit, vel detineri quãtum vis turpiter sui corporis copiam faceret. OBIECT.

Nostri Scribentes omnes ducunt argumentum ad id probandum ex l. si vxor. 13. §. 1. ff. de Adult. quatenus ad meretricem maritatam non porrigitur loquutio de accusatione illiciti coitus, cum meretrice commissi. LEX.

Hoc primùm ponderauit Io. Andr. in add. ad Specul. sub rub. de iniur. & damn. dat. sub initio, & per eum deindè cœteri, præsertim in l. pleriq; de in ius vocand. vbi Alex. nu. 12. & Ias. nu. 35. Io. Lopez in c. per vestras de donat. inter vir. & vx. §. 21. num. 22. Socin. in regul. 229. in 2. fallent. & Viuius opin. 87. AVCT.

4 Hoc † enim receptum est, quemadmodum ostendit Dec. d. loco n. 74. ob fauorem, ac priuilegium, seu reuerentiam matrimonij, & cõferunt ea, quæ refert Decian.
5 in tract. crim. lib. 8. cap. 7. nu. 14. † si enim duceretur in carcerem, ipse quoq; Maritus, & damnũ, & iniuriam
6 pateretur, quod valdè iniquum esset; † nec ferendum, vt qui non deliquit in leges connubiales, alterius pœnam ferat, vt in nostris terminis scripsit Gomes. in c. Mulieres de Iud. nu. 21. RATIO.

7 Ità † quoq; statuto permittente, Meretrices impune offendi, dicerem non esse comprehensam Meretricẽ nuptam Bald. in rub. de quæst. vers. decimo quarto Roman. in l. si vero §. de viro nu. 23. solut. matr. Io. Lopez d. §. 21. nu. identidem 21. & Gomes. alleg. loco nu. 22. ILLAT.

EPITOME

EPITOME

A sacris ordinibus arcetur nō qui cum pluribus concubuit, sed qui cum pluribus legitimè rem habuit.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Bigamus non admittitur ad sacros ordines.*
2 *Ex desponsatione eius, quam adulterio polluerat, quis non remouetur ab ordinibus.*
3 *Bigamus est is, qui cum pluribus se coniunxit matrimonio.*
4 *Fœmina, etiam ex illegitimo matrimonio, ipso facto priuatur Tutela.*
5 *Nec potest eam recuperare, mortuo secundo marito.*

OBSERVATIO II.

OBSER. VVLT admitti ad Clericatum qui, dum erat coniugatus, aliam fœminam cognouerat, quam deindè, vxore mortua, sibi despōsauit; sed antè quàm maritali thalamo coniungeretur, ea quoq; è vita discessit Et licet † cum pluribus vxoribus re habita, tanquam 1
bigamus, non possit admitti ad beneficia Clericorum c. vnic. de cler. coniug. in 6. Abb. in c. sanèil 1. num. 5. de Cler. coniug. & latè constat ex traditis per Goff. Host. & DD. in rub. de Bigam. † contrarium tamen verius 2
esse crederem in facto proposito.

Mouet

Mouet me decretum c. debitum 5. de Bigam. quoniam verè hic est vnus, & vnius nec potest dici suam carnem diuisisse in pluribus matrimonialiter.

Cum hoc idem Inn. III. Decretum mouisset ante Io. And. & alios graues auctores, ità vt sit etiam decisum in Capell. Tholos. decis. 254. & confert plurimum ad hoc etiam præcedens decis. 253. cum his, quæ Hippol. Bonacoss. & Villal. tradunt in primo lib. recept. sent. tit. 7. nu. 37. in primo vol. Comm. AVCT.

3 Ità † Iuris est, quia Bigamus ille dicitur, qui cum pluribus matrimonio legitimo fuit coniunctus, & cum pluribus legitimis vxoribus rem habuit d. c. 5. & c. aperiant 31. q. 1. cum add. à Goff. alleg. loco nu. 1. & Abb. in d. c. 5. post nu. 2. Ea verò fœmina quando fuit cognita non vxor, sed pellex erat, facta verò sponsa, non dum conuenerant. RATIO.

4 Non enim † eodem modo arcetur vir, contrahens cū secunda, à sacris ordinibus, vt arcetur fœmina, alteri nubens, à tutela, quæ ab ea aufertur, etiam ex illegitimo matrimonio, statim eo contracto, vt ex doctrina Bald. in c. ex parte de appell. refert, & sequitur Chass. de cōsuet. Burg. rub. 3. §. 7. vers. Nè prend. la promess. nu. 6. & melius in rub. 6. tit. des ensas de plus seurs §. 8. in
5 princ. † nec potest eam amplius recuperare, mortuo secundo viro Boer. Dec. 266. Bellacomb. lib. 5. recept. sentent. tit. 22. nu. 10. in primo vol. Comm. in meis. ILLAT.

EPITOME

Bona secundi Mariti fiunt obnoxia tutelæ, si, ea non reddita, contraxerit vidua, quæ vt ex nuptijs, ità quoq; ex inhonesta vita debet tutela priuari.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Pupilli pro Tutela habent vitrici bona obligata, matre transeunte ad secundas nuptias, Tutela non restituta.*

2 *Regula est, nè Maritus pro vxore conueniatur.*

3 *In pœnam Matris negligentis, filij habent obligata bona vitrici.*

4 *Mater luxuriosè viuens priuatur tutela.*

5 *Pro secundo Marito præsumitur Matrem excoriare Filios.*

OBSERVATIO. III.

OBSER. CAVENDVM † plurimum est, dum matrimonium contrahitur cum ea, quæ Filiorum tutelam gessit, an reddiderit rationes, & reliqua, nouumq; tutorem filijs decerni curauerit: filij enim, secundo matrimonio contracto, vltrà materna, bona etiam secundi Mariti habent obligata, supradictis non adimpletis. 1

LEX. Decisum ità est in rescripto Impp. Theodosij, & Valentiniani, quod est in l. si Mater. pen. sub Rub. In quib. casib. pign. vel hyp. tac. contrah. quod fuit confirmatũ nouissimè etiam ab Imp. Iust. in §. si autem tutelam, in Auth. de Nupt. & facit tex. in l. 2. C. quando mul. tut. off. fung.

AVCT. Et receptũ ab Interpretibus, videte Bald. in d. l. pen. Ant. Neguf. de Fan. in tract. de Pign. & hyp. p. 2. memb. 4. nu. 188. Petr. de Anch. consf. 316. nu. 2. Nicol. Boer. decis. 200. nu. 2. Robert. Mar. in Prax. tit. de exeq. nu. 52. & seq. asserens, id esse singulare, & alios allegat Bellac. lib. 5. recept. sent. tit. 22. in fin. nu. 12. & Gaill. obser. 90. nu. 4. in 2. lib.

2 Dec. † verò in cons. 591. nu. 1. annuit quæ sit ratio, RATIO.
quarè, stante regula, Nè Maritus pro vxore conueniatur, iuxtà rub. & totum caput C. Nè vx. pro marit. Im-
3 peratores id statuerint, † Et factum est, secundum eū, in pęnam, & odium Matris, negligentis rationem, & reliquum reddere, nouumq; tutorem Filijs petere: & in fauorem ipsorum filiorum, vt latior ijs pateat via ad consequendum quod sibi ex administratione debetur, in quo iura valdè sunt sollicita, vt deducitur ex §. pen. Instit. de satisdat. tut. & ex alijs quamplurimis locis.

4 Hic † verò, velim notetis, quod, quemadmodum ILLAT
ob secundas nuptias perditur tutela, vt superiori obseruat. in fin. est probatum; ità perditur ob Matris luxuriosam, ac inhonestam vitam, ex eodem met Chass. d. §. 8. nu. 12. sub Rub. 6. cum relatis à Bonacoss. d. tit. 22. recept. sent. nu. 11. † Ob nouum amorem lex præsu-
5 mit Matrem facillimè filios excoriaturam l. lex quæ tutores C. de adm. tut. Bart. in l. si quis sub conditione nu. 15. ff. de test. tut. & Chass. d. loco nu. 8.

EPITOME

Si vxor in continenti non possit probare, Maritum abuti substantia sua, vt Creditores arceat à bonorum ademptione, insideat in rebus ex Claus. (Constituti,) Data licentia) & Quorum bonorum.)

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Vxor constante matrimonio potest sequæstrare bona Mariti dissipantis.*

F 2 2 *Eadem*

2 *Eadem pariter potest uti remedio l. si constante sol. matr.*

3 *Remedia concessa fœminis contrà Maritos dissipantes requirunt probationem.*

4 *Cautela ad impediendum creditores, nè potiantur bonis debitoris cum damno vxoris.*

5 *Clausulæ (Constituti) Datæ licentiæ (Quorum bonorum) & similes, transferunt ciuilem, & naturalem possessionem.*

6 *Retentio iure pignoris, vel hypotecæ, non impedit Iudicis exequutionem.*

7 *Clausula (Constituti) operatur, si tempore constitutionis constituens possidebat.*

OBSERVATIO LV.

NON vos fugit † fœminas, etiam coniugio vigēte, pro conseruatione dotium aduersus Maritos dissipantes, & illorum Creditores; anelantes pro suis creditis sentētias exequi cōtrà eos, & eorū bona; posse vti sequestratione bonorū Mariti, l. si cū dotem 23. §. si vir dotem ff. sol. matr. † vel remedio, tum l. si constante 25. illo titulo, tum l. vbi adhuc. cum alijs de materia loquentibus, C. de iur. dot. † sed tamen neutrum ex istis, imminente, ac vrgente periculo, potest vxorem tueri, cum requirant probationes iudiciarias, nec repētè possint impedire instantem Creditorum exequutionem: & admittere possessionem, ad eam postmodum, dictis remedijs, recuperandam, periculosum est, stante communi, etiam tyronum adagio: Melius valdè esse rem habere, quàm cautionem.

Consu-

Consulerem itaq; ad impediendam exequutionem, OBSER.
4 & bonorum distractionem † Recurrendum ad Cautelam, exaggeratam à Cęsare Vrsillo ad Afflict. decis. 199. nu. 2. hoc est, de facto insidere in possessione bonorum Mariti, quæ controuerti non potest, stante in instrumẽto clausula (Constituti) præsertim quoq; si adiuncta sit claus. (Datæ licentiæ) (Pręcarij) & vt Senis consuetum est (Quorum bonorum.)

Ad mentem Cyni. in l. vbi ad huc quęst. 13. C. de iur. dot. potest probari ex l. cũ tibi. 10. C. Qui potior. in pign. hab. vbi quoq; idem plenius loquitur. LEX.

Vrsillus motus est præsertim ex Decis. Neapolitana. 92. num. 18. relata à Thomm. Gramm. qui mouetur ex Cyn. & Bald. in alleg. l. 10. quos pariter sunt sequuti Bald. Nouell. in tract. Dot. part. 7. Priuileg. vlt. & est 47. in ordine, & Viu. opin. 526. relatus in Tessaur. recept. sent. lib. 5. Tit. solut. matr. nu. 72. in primo vol. AVCT.

5 Quibus additur robur ex dd. clausulis † quę maximã habent vim, per quam, & naturaliter, & Ciuiliter vxor intelligitur possidere l. interdum cum vulg. de acq. poss. RATIO
6 cum alijs allegat. à Gramm. d. Dec. nu. 21. & seq. † Non enim, ijs stantibus, permissum est Creditori exequi super bonis debitoris mariti, sicuti permittitur quando tantum ratione pignoris, & hypotecę retineret Bart. in l. Filio famil. sol. matr. per quem, & alios tenet Gramm. d. loco nũ. 19.

7 Verum tamen est † Quod ad hoc, vt clausula (Constituti) operetur, necessarium est probare, possedisse Maritum ea bona tempore factæ obligationis, & interpositi (Constituti) Bart. & alij communiter in l. quamuis §. 1. de acq. poss. Corn. Soc. Ruin. & alij plenè relati à Turrett. consil. 60. nu 29. in secunda parte. ILLAT.

ACA-

ACADEMIA QVARTA.

De Iure Dotium.

EPITOME.

Pro dotis constitutione, vel restitutione non minus alienantur bona subiecta restitutioni, quàm alienentur bona minorum sine Decreto.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Ob fideicommissa multi abstinent à contrahenda affinitate cum grauatis.*
2 *Pro Dote constituenda, vel restituenda, possunt alienari bona fideicommisso subiecta ab Ascendentibus.*
3 *Etiam facta specialiter prohibitione in causam dotis, secundum quosdam, remissiuè.*
4 *Pater tenetur dotem dare non minus quàm Maritus restituere, & donationem propter nupt. constituere.*
5 *Auth. Res, quæ procedit ex præsumpta mente defuncti.*
6 *Causa dotis est publica.*
7 *Fideicommissa sunt ad merum priuatum commodum.*
8 *Fideicommissa rumpuntur pro alimentis liberorum*

rum, & nurus, nec non pro instruendis filijs in scientijs.

9 *Bona minorum non alienantur sine Decreto.*

10 *Sed pro dote constituenda vel restit. non est necessarium Decretum.*

11 *Senis, vt plurimum, exposcitur Decretum.*

12 *Circà prædicta sunt obseruandæ cautiones.*

OBSERVATIO I.

1 NON † perrarò videmus homines vulgares, & in rebus suis, fortè nimis æquò, diligentes, abstinere à quibusdam Matrimonijs, nec velle sponsalia contrahere cum ijs personis, quę habent bona vinculata, ac subiecta restitutioni, quæ fideicommissum vulgò dici solēt: in quem scopulum nè vos incidatis, hoc habetote.

2 Parentes † non obstante fideicommisso, ab Ascendentibus facto, pro filiabus in matrimonio collocandis, doteq; ijs danda, posse alienare bona fideicommissaria, & restitutioni subiecta, irrequisito fideicommissario. Et vice versa, Maritos, & eorum hæredes, & pro dote restituenda, & pro constitutione donationis propter nuptias, habere ius in fideicommissis, factis à Genitoribus, eaq; alienare posse, nō obstāte quauis prohibitione, & OBSER.
3 in † specie ob causam dotiū constituendarū, vel consignandarum, secundum quosdam, quos referunt Petr. à Petra, & Pereg. in tract. de fideicomm. hic artic. 42. ille quæst. 8.

Est enim legum quadrata Decisio, relata in l. Mulier 22. §. cum proponeretur, & in l. A filia 62. ff. ad Trebell. & clarius iure nouissimo in §. quamobrem auth. de Restit. & ea, quæ &c. vndè formata est Auth. Res, quæ C. LEX.

comm.

comm. de leg. vulgaris quidem locus, ad quem, tanquam ad fontem materiæ, omnes confugiunt.

AVCT. Nec dissident ab ea Interpretes, videte ibi Bart. nu. 2. & 4. Bald. & Castr. Iaf. nu. 5. & 24. Ant. de Padill. nu. 42. & seqq. & nu. 52. & seqq. nec non nu. 109. & seq. & alios cõmuniter, vt loclupetiss. testis est Bald. Nouel. in tract. de Dote part. 6. Priuileg. 13. nu. 1. & 3. & Dec. cons. 376. & seq. & vltrà prædictos Pet. & Pereg. multos quoq; cumulat Præses Menoch. in casu 182. nu. 68. & seq. De Arbitr. Iud.

RATIO. In † vtroq; enim ex propositis capitibus militat eadem ratio, & est necessitas, qua tenentur prædictæ personæ ad dotem dandam, vel restituendam respectiuè, vel ad donationem propter nuptias constituendam l. fin. C. de dot. permiss. Castr. in d. Auth. res quæ nu. 13. & Petr. d. q. 8. nu. 336. † Probabilè etenim est quod si defunctus cogitasset, vel esset de extintione fideicommissi interrogatus, quod audacter respondisset dari, vel restitui dotes, fidecomm. pœnitus amoto, ac omni prohibitione cessante Castr. d. loco nu. 10. Ferd. Loaz in l. Filius fam. §. Diui num. 140. de leg. 1. & Lud. Molin. de Primog. Hispan. lib. 4. cap. 6. nu. 5. 4 5

Quibus stantibus, non est mirum, quod causa dotis, quæ † publicam continet vtilitatem l. 2. cum vulg. ff. De iur. dot. & semper est prima, & pręcipua l. prima. sol. matr. præferatur fideicommisso † ad merum priuatum commodum introducto §. 1. de fid. hæred. ibi (Gratia personarum) & hoc omnes approbant, & præcipui sunt Roland. de lucr. dot. quæst. 105. num. 9. & Menoch. d. loco nu. 66. & n. 72. in fin. nec mirum, deducitur enim ex visceribus d. Auth. Res quæ, & ex corpore, vndè sumitur, & potest probari ex l. vnic. §. fin. C. de cad. toll. & ex sexcentis alijs locis. † Ab istis fontibus emanat licentia, quam tribuunt nostri Parentibus euertendi 6 7

ILLAT. 8

tendi

tendi fideicommissa, vt commodè alant se, filiosq; , ac nurum, & nepotes, & etiam, vt possint instruere liberos, ac in scientijs informare, secundum quosdam l. si filia §. 1. ff. famil. ercisc. Accur. in l. si quis à liberis. §. 1. ff. de liber. agnosc. cum alijs latè cumulatis à Padill. d. loco, post num. 85.

Et fortè etiam exemptio bonorum Minorum 25. an-
9 nis † quæ licet sine Iudicis Decreto alienari non possint, toto Tit. de Minor. & toto Tit. de prǽd. min. in 5. lib.
10 Cod. † si tamen distrahantur pro Dotibus dandis, vel restituendis, etiam citrà periculum restitutionis in integrum, alienatio valebit: latè tradit Bald. in d. Tract. ea-
11 dem parte 6. Priuileg. 48. & 60. in principio. † Quamuis Senis in vtroq; casu ad maiorem cautionem, soleat
12 decretum interponi. † Circà tamē omnia prædicta sunt obseruandæ cautiones, quæ magis sunt percipiendæ ex alleg. Scriptoribus, quam ex nostris scriptis, in quibus accurratè consulimus breuitati, remitto vos ad Petr. d. tract. q. 1. & q. 8. & ad Pereg. d. art. 42.

EPITOME

Legatis centum pro monacanda, mille verò pro maritanda, debentur nihilominus mille in ingressu Religionis, vt legatum pro nuptijs debetur Monasterio, & pœna Statuti contrà sollicitantes nuptas, infligitur sollicitanti Monialem.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Prudentissimi aliquando falluntur.*

 2 *Relictis*

2 *Relictis centum, si Monasteriũ ingrediatur, mille, si nupserit, debentur mille, etiam ob ingressum Religionis.*
3 *Bald. tamen, & alij contrarium profitentur.*
4 *Sed eorum opinio militat in clara voluntate defuncti.*
5 *Per Italiam Dotes taxatas habent Monasteria.*
6 *Fœminæ non debent distrahi à Religione.*
7 *Valet argumentum de Matrimonio carnali ad spirituale.*
8 *Conditio (Nubendi) potest pro non scripta haberi.*
9 *Legatũ pro maritanda debetur, si fiat Monialis.*
10 *Statuta de Maritata procedunt in Moniali.*

OBSERVATIO II.

FALLVNTVR † etiam prudentissimi aliquando, pręsertim dum sibi persuadent bona sua, remq; familiarem, cum minutione Patrimonij Ecclesiæ, conseruare, vel augere: accidit potissimum in ijs, qui testamentum facientes, diuersam in eo constituunt Dotem filiabus, si aliquam Religionem profiteri velint, ac si carnali matrimonio copulentur. 1

OBSER. Relinqunt † puta, centum, si Monasterium, vitamq; Monasticam, ac Religiosam, separatam à communi turba hominũ elegerint, Mille verò si nupserint: Hoc enim casu, non secundum eorum ordinationem dispositio sortitur effectum; sed eadem Mille, quæ pro matrimonio carnali destinata erant, debentur quoq; integra, si spirituale coniugium filia elegerit. 2

[illegible] Deduci potest satis clarè ex Papin. resp. 2. lib. Resp. relato

relato à Compilatoribus in l. Titiæ, si nupserit. 99. de cond.& dem.facit quoq; tex.in Auth. Nisi rogati C. ad Trebell.

Prædicant huius opinionis antesignanum Thomam de Formaginis Bononiensem,defendentem contrà Riccardum Malumbre, quem postmodum sequuti sunt Io. And. ad Specul in Tit. de stat.Monach.Bart.in l.2.ff.de his,quæ pœn. nom. Mathesil. in sing.52. & apostill. ibi adiecta, Alber.lib.2.de statut.quæst.104.nu.6.Marsil.in Rub. de Fideiuss. num.127. & latissimè Ferrat. Caut.9. multos numerans,huius opinionis sectatores,quos omnes cum alijs congerit Gabriell. Tit.de legat.conclus.2. in principio,& And.Facch.cap.55.lib.5. contr. AVCT.

3 Non † obstante contraria sententia eius,qui profectò, autore Rom. & Ias. nihil ignorauit,Baldi,scilicet, in d.Auth. Nisi rogati C. ad Trebell. quem ibi sequitur Paul. de Castr. & alij, relati per Ferrat. primò d. loco Versic.Et licet contraria &c.mox Gabriell. alleg.concl. num.7. quoniam in praxi prior opinio seruatur, teste Imol. in l. Lucius la 2.de hęr. instit. & Alex. ad Bart. in apostill. d.l.2.& clarissimè Ferrat. d. Caut. sub num. 1. vers.Tamen in consulendo.

4 Et † si tàm ex parte Formagini,quàm ex parte Baldi sunt opiniones communes, & magis communes, vt nouissimè diligēter obseruauit Turret. in cons. 74. post nu. 4. vol. 2. cur non est magis fauore Religionis iudicandum? præsertim cum possit defendi opinio Baldi, & sequacium quando clara sit voluntas disponentis, vt obseruat Turrett. ibid. nu. 7. cuius consilium est super facto, ad mentem cautionis traditæ à Ferrat, post num. 2.vers.Cautela est,vt concipias. Videte tamē Vrsill.ad Afflict. Decis.348.nu.2. Couarr. Varriar.resol.cap.20. 5 nu.9. & Io. Vaud.lib.2. var quæst.quęst.6. † pro quibus vrget plurimum consuetudo Monasteriorum per

vniuersam Italiam, vt obseruat Vrsill. quæ habent Dotes taxatas ad certam quantitatem, congruentem loco, & necessitatibus Monasterij.

RATIO. Credo tamen; licet praxis forensis, ob d. rationem, & quia minus erogatur in Monasterijs, magis adhęreat Baldo; iustiorem esse Formagini sententiam, ob hanc rationem † Ne s. fœminæ distrahantur à vita Religiosa,atq; contemplatiua, quemadmodum expresse notauit Bart. in d.l.2. & Ferrat. in d. Caut. in principio † si 6
7 enim in casu d.l.Titiæ.debentur ducenta, non centum, contrà ordinationem Testatoris; multò magis hic debentur mille, cum agatur de Matrimonio spirituali, & de meliori sorte, quam summopere omnium gentium Redemptor in Magdalena, & caritate,& vehementissimo amore insigni,commendauit.

Quarè † conditionem illam(Nubendi)quippè quæ 8
potest retinere filiam, ac distrahere ab ingressu Monasterij, quod non est ferendum §. sed hoc præsertim Auth. de Sanctiss. Episc. putarem esse reijciendam, & pro nō adiecta habēdā l.1.& l.filius de cond.& dem.l.2.C. de edict.Diu.Had. toll. & sunt de hoc in iure loca vulg.

ILLAT. † Ex eadem prorsus ratione, cum legatum, factum 9
pro nubendo,debeatur ingredienti Religionē,Euerard. in sua cent.loc.com.Vezz.relatus in comm.tit.de legat. nu.27. mihi vol.2. † libenter assentior Mariano Con- 10
ciui in c. qualiter,& quando De Accusat.Dum pœnam statutariam contrà molientes insidias honestati fœminarum nuptarum, infligendam putat in eum, qui Moniales sollicitauerit, præsertim, cum hoc ipsum profiteatur quoq; Ferrat. alleg. Caut.9. vers.Perquę iura dixit Dionisius. Decian. post alios,in tract.criminal lib.6. cap. 20. in principio,vbi exemplo Virginum Vestalium latè exaggerat,quanto in honore, ac reuerentia Moniales à Christianis sint habendę.

EPITOME

EPITOME

Usura dotis, durãte vita, vel per decenniũ non petita, censetur remissa; non secus ac dos, per uxoris adulterium acquisita.

SUMMA RERUM SINGULARIUM.

1 *Usuræ aliquibus in casibus utroq; iure concedũtur.*

2 *Maritus, ob dotem non solutam, potest consequi usuras.*

3 *Usuræ Dotis taxãtur secundum consuetum loci, vel arbitrio boni uiri.*

4 *Maritus post decem annos an agat ad usuras. Eo mortuo, ex actio non sit ab hæredibus.*

5 *Usuræ dotis dantur pro alimentis datis uxori.*

6 *Dos non exacta, uiuente Marito, secundum quosdam, non potest exigi ab hæredibus.*

7 *Ob taciturnitatem præsumitur facta remissio, & donatio debitarum usurarum.*

8 *Obseruatio hæc recipit distinctionem. Quidam putant, ius exigendarum usurarum transmitti ad hæredes.*

9 *Hæredes Mariti non lucrantur dotem, quam ipse non exegit ab uxore adultera.*

OBSER-

OBSERVATIO III.

CVM † in multis casibus de Iure Ciuili, & aliquã- 1
do etiã, ex magis arcto Iuris Pontificij rigore, vsuræ permittantur, vt docent Scribentes in varijs locis, potissimum in l. curabit. C. de act. empt. & in c. salubriter. de vsur. commune dicit Alciat. in c. perniciosam num. 7. De off. ord. † sine vllo animi periculo poterit 2
Maritus, ob Dotem sibi promissã, & nõ solutam, vsuras petere, si onera matrimonij pertulit DD. vtriusq; classis in allegatis locis Bald. in cons. 94. parte 1. Io. Lopez in repet. c. per vestras de Donat. int. vir. & vx. §. 1. Didac. Couar. lib. 2. var. resol. cap. 1. commune dicit Grat. resp. 57. vol. 1. & p eũ Cacher. Decis. 132. n. 1. qbus addo Zircou. lib. 5. recept. sentent. tit. 7. num. 104. † Easq; 3
consequi iuxtà obseruantiam, & consuetudinem loci l. 6. §. quæ sunt. De admin. Tut. & per Corn. Grat. & alios tenet Ant. Cordub. in l. si quis à liberis §. si quis ex his nu. 56. & 57. De lib. Agnosc. & Ioseph. Ludou. in Cõm. Tit. de consuet. Illat. 82. vel, vt alij volunt, ex taxatione ad arbitrium boni viri Bald. cons. 94. in 1. vol.

OBSER. Non tamẽ † Mariti negligãt exactionem, cum post 4
Decenniũ, ijs secundũ quosdam, vel sm̃ alios, post eorũ mortem, successoribus, actio denegetur, nec liceat amplius maturas, seù debitas consequi vsuras, seù interesse, aut alimenta † cũ illorũ ratione, & propter onera ma- 5
trimonij, concedantur istæ vsuræ argumento l. in insulam §. vsuras sol. matr. & tradit Ias. in l. quę dotis num. 21. illo tit.

LEX. Est clarus Papin. I. C. locus in l. vir vsuras 55. De Donat. int. vir. & vx. & Vlp. in l. si quis pro vxore. 22. illo ipso Tit. in §. si vxor. & confert tex. in l. cum oportet 6. §. sin autem C. de bon. lib. & in l. cum quidam 17. §. Diuus. de vsur.

Sub-

Subſcribunt huic ſententię Bart.Salyc.& DD.in d.l. vir vſuras.& maxima exaggeratione Franc. Cremenſ. ſing.5.Io.Campeg.in tract. de Dot. parte 2. quęſt.6.in fin. cum alijs deductis à Cordub. d. loco num.61. & à AVCT.
6 Cach. d.Deciſ.nu.11. † Nec deſunt qui putent,poſſe extendi iſtam præſumptionem ad Dotem, ipſamq; dotis ſortem, Bald. Nouell. in tract. de Dot. 10. parte princip. nu.15.Io.Gut. in Alleg.11.nu.15.& Cordub. d.§.ſi quis ex his.nu.62.

7 Lex † enim ex longa taciturnitate, & morte ſubſequente,remiſſionem,ac tacitam liberationem, ſeu Donationem totius crediti. vſurarum pręſumit, vt indicat. Scęuola in d.§. Diuus & Vlp.in d.l.vir vſuras,accedente præſertim ſcolio Accurſij in verbo (Donationibus) & ità ponderant Bart. Crem. & alij præcitati in locis adductis, quibus adiungo clarè loquentem Boer. in quęſt. 196.nu.4.Eadem quoq; facilitate perſonæ dilectæ præ- RATIO.
8 ſtita alimenta cenſentur donata.

Eſt † tñ Obſeruatio redigēda ad terminos Oſaſchi in d. Dec.132. poſt nu.19. cum non deſint grauiſſimi viri, qui etiam hæredi debitarum vſurarum viuenti Marito, exactionem concedant: & pleniſſimè conatur demonſtrarę Dec. conſ. 571. & tenet Cordub.alleg.loco num. 59.& Ioſeph.Ludou.d.lib.Comm.tit. De Hęred. in 19. Illat. & alij, quos iunctos cumulat in d. Deciſ.132. nu. 18. Cach. Interpellare ſaltem proderit ad liberandum creditores à controuerſa ſententia noſtrum.

9 Eſt † tamē arctius præcluſa via,ob d.donationis,ac remiſſionis præſumptionem, hæredibus lucrandi dotem, quam viuus Maritus non abſtraxit ab vxore adultera l.generaliter vbi DD. inter quos Rip.quæſt.61.nu. 203. C.de Reuoc. don. cum alijs enumeratis à Cacher. d.loco nu.5. ILLAT.

EPI-

EPITOME

Curſus biennij facit moroſum extraneũ ad vſuras dotis non ſolutæ, & conductorem latentem ad aperiendam Domum.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM

1 *Maritus, cui ab extraneo dos eſt promiſſa, proſpiciat circà vſuras reſpectu onerum matrimonij.*
2 *Expedit Marito ſtipulari vſuras ſibi ab extraneo promiſſæ dotis: & nu. 6.*
3 *Vſuræ dotis non ſolutæ ab extraneo, regulariter debentur poſt biennium.*
4 *Imò à tempore ſubiti onoris pleriq; affirmant.*
5 *Curſus biennij habet vim litis conteſtatæ.*
6 *Curſus biennij moram inducit.*
7 *Stante interpellatione, vſuræ antè biennium debentur.*
8 *Poſt biennium conductoribus aperitur domus, & bona deſcribuntur.*

OBSERVATIO IV.

POSTQVAM in Dote ſunt permiſſæ vſuræ, vt precedenti obſeruatione eſt demonſtratũ; † multum proſpiciendum eſt Maritis, vt eas ſine graui controuerſia; cum onera matrimonij ſubſtineant; poſſint cõſequi ab eo, qui Dotẽ promiſit pro vxore, precipuè ſi eſt extraneus, hoc eſt, ſi nec ipſa Mulier, nec Pater illius ad 1

dotem

dotem promisissent, argumento l. vnicæ §. extraneũ C. de rei vx. act. per quem Bald. Nouell. in tract. de Dot. parte 6.Priuileg.21.nu.4.

2 Quę ergò cautio erit? Cõstituat debitorem, interpellando, in mora: vel paciscatur † vsuras, stipulando eas à die contracti matrimonij, tunc enim dies ipsa interpellabit l. magnam 12. C. de contr. stipul. tradunt Legistę in l. curabit de act. emp. & Canonistæ in c. salubriter. de OBSER.
3 vsur. † Aliàs enim, nisi post biennium à die contracti Matrimonij, vel potius oneris suscepti, non debentur.

Singulariter hoc probat tex. in l. fin. §. præterea C. de Iur. dot. ad quem, tãquam ad ancoram, omnes Scribentes confugiunt. LEX.

Cynus Bart. Bald. & Salic. in commẽto ad illum tex. id expresè dicunt, cum ijs Ias. in l. quæ dotis nu. 20. solut. matr. Alex. cons. 53. vol. 4. vers. Habet maritus. Bald. cons. 94. in principio. Ant. Cordub. in l. si quis à liberis. §. si quis ex his nu. 60. de lib. agnosc. cum alijs relatis à Chass. de consuet. Burg. Rub. 4. Tit. des droict. & appar. agens. &c. vers. fein soffisament. in §. 23. nu. 1. & seq. latè pertractãs hunc casum, quem Aret. in §. fuerat nu. 20. de act. dicit esse menti tenendum † quamuis aliqui aliter sentiant, inter quos est Petr. & Acc. in gloss. fin. l. de diuisione ff. solut. matr. videte ad id post Bald. Chass. allegatis locis. AVCT.

Hæc tamen opinio habet rationem, cum biennij cur- RATIO.
4 sus, † qui vim habet litis contestatæ, secundum Rain.
5 de Forro Liuij, & Bald. d. cons. 94. † inducat moram irregularem, vt Aret. Ias. Chass. & Cordub. supra relati; vno ore concludunt, per quam ab illa die habebit debi-
6 torem obnoxium, ẽt pro interesse, Maritus † Nisi primum interpellauerit, vel de ijs conuenerit, operatur .n. biennium, mora non alio modo contracta Chass. alleg. loco.

ILL. Cursus † autem biennij adeò morosos facit, vt contrà conductores latitantes concedatur, ad commodum locantis, Domum aperiri, bonorumq; ibi inuentorũ descriptionem fieri, Chassan. ibid. nu. 4 Quod fit aduersus quemcunq; morosum cõductorem finito tempore locationis Bellacomb. lib. 4. comm. Tit. 43. nu. 99. vol. I. 8

EPITOME

Dos in loco alimentorum Filiæ naturali data, ea mortua, repetitur à Patre, vbi aliter à statuto circà Dotes non sit ordinatũ.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Pater tenetur dotare Filias.*
2 *Sed hoc onus intilligitur de Filia legitima.*
3 *Controuersum est, an Filia naturalis sit dotãda.*
4 *Iure Pontificio Parentes tenentur alere Filios naturales.*
5 *Dotare Filias naturales tenentur Patres loco alimentorum & nu. 5.*
6 *Mortua Filia naturali, dos reuertitur ad Patrẽ, etiam stantibus liberis.*
7 *Dos filiæ naturali data vice alimentorum est.*
8 *Alimenta non debentur, nisi durante vita.*
Dos data Filiæ spuriæ nõ datur vltra eius vitam.
9 *Pater non potest donare filiæ spuriæ.*
Opinio Baldi reiecta.

10 *Subro-*

10 *Subrogatus sapit naturam subrogati.*
11 *Senis, ex statuto, Mariti lucrantur partem dotis.*
12 *Statutum prædictum habet locum etiam in dote Filiæ naturalis.*

OBSERVATIO V.

1 NEC inutilis, nec iniucunda erit hæc postrema in materia dotium obseruatio. † Quamuis Regula sit, Patrem teneri filię dotem dare, de qua per Accurtiũ in l. obligamur ff. de act. & oblig. ordine 51. in verb. (obligamur) ad §. lege. & alios relatos à Io. Campeg. in
2 Tract. de Dot. Quæst. 13. in prima parte † Intelligitur locum sibi vendicare in Filiabus legitimis; l. fin. C. de
3 dot. promiss. l. qui liberos de rit. nupt. † Et in naturalibus valdè cõtrouersum sit, vt idem Campag. eod. loco 17. quæst. prout latè differit Ant. Cordub. in l. si quis à liberis §. Idem rescripsit. ff. de lib. agnosc. nu. 4.
4 & seqq. & n. 22. & seqq. † Tamen cum de Iure Pontif. his naturalibus liberis Parentes alimenta, saltem, præbere teneantur, c. cum haberet. de eo, qui dux vx. eam, quam poll. per adult. tradit Bart. in Auth. ex complexu, C. de incest. nupt. Cordub. alleg. loco, nu. 1. & 9. & seqq.
5 Et † eorum loco, tempore debito, Dotem constituere tenebuntur: Expresse hoc dicit Bart. in d. Auth. ex complexu. Campeg d. quæst. 17. nu. 2. Cordub. d. nu. 22. & seqq. & Didac. Couarr. in repet. c. 5. Quib. mod. sponf. tol. cap. 8. §. 6. nu. 11. asserit, etiam aliorum auctoritate, hoc esse commune, inter quos est etiam Mar. Iun. alter Socinæ Familiæ splendor in l. 1. solut. matr. sub nu. 186
6 Qui † Dote data, in commodum dantis, eiusq; hęredum, aduertendum est (quod fortè paucis notum est) post ipsius filiæ mortem, non ad liberos, vel alios dotatę OBSER.

hæredes Dotem posse transferi, sed à Patre, vel eius hæredibus recuperari.

LEX. Ducitur argumentum pro facta Decisione ex l. 1. C. de Natural. liber nec non ex l. cum ij. 8. §. vult igitur. post medium, ff. de Transf.

AVCT. Et clarissimè probatur ex his, quæ tradit Bart. in l. fin. §. si à socero. nu. 2. ff. de his, quę in fraud. cred. & in cons. 119 Dominus Dominicus, & post eũ, tã Bald. de Vbald. in l. eam, quam C. de fideicommiss. sub num. 48. quàm Bald. de Bartolin. in tract. de dot. parte 6. Priuileg. 16. nu. 5. in principio. Crauett. cons. 186. num. 16. Cordub. alleg. loco nu. 30. cum ijs, quæ tradunt Campeg. d. quæ. 17 num. 2. & Didac. in c. 5. quib. mod. sponf. cap. 8. §. 6. num. 11. & seq.

RATIO. Et † profectò quidem id maximè conueniens est, 7
quoniam, vt est dictum, dos hæc, vicè alimentorum, his filiabus est constituta † ex quo quemadmodum Ali- 8
menta non debentur, nisi durante vita eius, cui pręstantur l. cum ij. 8. §. vult igitur de Transf. l. Dominus 63. §. fin. de vsuf. plures allegant Cordub. d. loco num. 76. & Didac. ibid. nu. 15. ità quoq; ipsa Dos vltrà vitam, non debet ad dotatam, vel eius liberos, aut hæredes pertinere, † esset enim donatio, quæ prohibita est patri in 9
commodum filię naturalis Bart. d. §. fin. Vndè iure optimo reijcitur Baldus d. Priuileg. 16. d. nu. 5. in principio: non † enim plus iuris debet esse in subrogato, quam in 10
eo, cuius vices subrogantur l. si eum §. qui iniuriarum ff. si quis caut. l. item veniunt §. cum prædixerimus de Pet. hæred. cum vulg.

ILLAT. Senis † tamen, vbi ex statuto sub Rub. Quæ pars 11
lucr. ced. mar. sol. matr. datur certa pars dotis Marito superstiti † Puto non posse repeti nisi quod superest, 12
detracto d. lucro Crauett. ibid. num. 18. Bald. d. Priuil. 16. & nouissimè Brogn. Decis. 10. nu. 28. in 3. part.

ACA-

ACADEMIA QVINTA.

Ad Extrauag. Pij Papæ V. super Censu, emanata Anno MDLXVIII.

EPITOME

Census constitui potest etiam absq; pecunia numerata, vt in Donatione, Datione in solutum, legato, & fideicommisso; attamen vbi esset necessaria, si non interueniat, tuta cõscientia, etiam à singulari successore, fructus peti possunt, non solum hypotecaria, sed etiam actione personali.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Constitutio perpetui Census annui redimibilis, per Italiam, & Senis potissimum, frequens est. Et Iuridica, ac legitima.*
2 *Bulla Census Pij V. fuit facta Anno 1568. & sui Pontificatus Quarto.*
3 *Perpenduntur verba Bullæ in vers. Rursus nisi verè in pecunia numerata &c.*
4 *Contractus Censualis an requirat scripturam.*
5 *Non in quocunq; censu pecuniæ numeratio est necessaria.*
6 *Papa exposcit numerationem in ijs contractibus, in quibus interuenit pecunia, & nu. 9.*

7 *Donatio*

7 *Donatio pendet ex mera liberalitate.*
8 *Census donatus, vel datus in solutum, aut testamento relictus, non exposcit numerationem.*
10 *Papa in hac Extrauag. non intendit innouare naturam contractuum.*
11 *Non facta numeratione in ipso contractu, sed antè, vel post, etiam in mercibus, tutè fructus percipimus.*
12 *Fructus census possunt peti etiam à singulari successore.*
13 *Census non solum hypotecaria, sed etiam personali actione potest peti à singulari successore.*
14 *Etiam non facta excussione.*

OBSERVATIO I.

CVM † per vniuersam Italiam, & Senis potissimum constitutio perpetui redimibilis Census sit frequens admodum, & in commercio communi vsitata, ac de iure recepta, vt docet Gul. Redoan in tract. de reb. eccl. non al. q. 2. cap. 27. nu. 14 & nouissimè testatus est latè Tessaur. Decis. 153. vtile, ac iucundum fore existimaui, hac die aliqua obseruare de Censu, praesertim ad mentem Apostolicae Extrauag. Cum onus † à Pio, Summ. Pont. huius nominis Quinto Anno MDLXVIII. Kal. Feb. Sancitae, & Quarto sui Pontificatus, relatae in Bullario sub cap. 80. 1 2

Et antè omnia, placet mihi insistere in illis verbis † 3
» Rursus nisi verè in pecunia, numerata coram testibus, &
» Notario, in ipsa confectione instrumenti numeranda.
» Ex † quibus, vt puto, contractum census posse dici 4
scripturam

ſcripturam requirere, argumento tex.in §. Aliæ autem de donat. ibi (Actis interuenientibus) & in terminis tenet Virg. Boccacc. Tract. de Cenſib. parte 2. nu. 189. & ſeq. quicquid Redoan. dicat in alleg. Tract. de reb. Eccl.
5 non alien. Quæſt. 17. n. 33. † ità credo verum aſſerere, Non in quacunq; cenſus conſtitutione neceſſariam hāc Pecunię numerationem, ſed in eo tantum contractu, qui pecuniam ſui natura requirit, vt eſt contractus emptionis, & venditionis ex Iuſt. in principio de empt. & vendit.

6 Nulla † promptior eſt probatio, quàm d. extr Cum onus. vult enim Summ. Pont. pecuniam numerari in ijs contractibus, qui precium expoſcunt, non in alijs: eſſet enim ridiculum dicere, Pecuniam neceſſariam, ſi conſtitueretur cenſus, per Donationem, quæ adeò à pecuniæ LIX.
7 datione abhorret † vt ex ſola, ac mera liberalitate ſubſtineatur, in eaq; tanquam in ſuis cardinibus, nitatur l. ſi quis argentum 35. §. fin. C. de donat. & in hunc ſenſum interpretatur Bullam prædictā Thom. Boninſ. in Tract. ad iuſt. negociat. tit. de cenſib. cap. 14. nu. 2. in fin.

8 Ex, quo quādo † fiunt cēſus Donatione, Dotatione, Datione in ſolutum, & in vltimis voluntatibus legato, AVCT.
vel fideicommiſſo, aut ſimilibus modis, in quibus annuum cenſum conſtitui dubium non eſt, ad tradita per Crauett. conſ. 217. n. 4. vol. 2. per Foller. in Prax. Cēſual. §. Huiuſmodi cont. ſuper reb. num. 66. & per Mart. Nauarr. in tit. de vſur. quęſt. 22. ſub nu. 30. pecuniam profectò fruſtrà exigimus: idem Nauarr. ſuper hac Bulla Gloſſ. 17. nu. 2.

9 Nec mirum † cum iam probatum ſit Summum Pōtificem in d. Extrauang. velle tantummodo comprehēdere cenſus, qui præcio interueniente fiunt, vt obſeruāt RATIO.
Nauarr. & Boninſig. alleg. locis, alijs prætermiſſis, ceu
10 minus fraudibus obnoxijs. † Non enim intendit Pon-
tifex

tifex Beatiſs. nouam formam contractibus inducere, vel nouam ijs naturam inijcere; imò expreſsè pacta, & conuentiones ſecundum naturam contractus admittit in eo verſ. (ſicut enim annullamus) argumento l. cum præter. de Iudic. ideò in contractibus, qui præcium non deſiderant, pecuniam expoſcere non debemus.

Noc tamen habetote † quod quando præcium in totum, vel in partem verè non eſſet actu numeratum, quamuis contractus in foro exteriori vacillaret, & cum ſit ex ijs, qui pecuniam exigũt, ſubiaceret cenſuræ huius conſtitutionis, ſi tamen antea, vel ſtatim poſtea, in pecunia, vel etiam in mercibus, iuſto prętio extimatis, ſoluatur, tuta cõſcientia, tamen emptor fructus percipit, eoſq; ſuos, citrà vllum periculum reſtitutionis, facit: eſt edoctum ab eodem Nauarr. alleg. loco nu. 88. & num. 121. quę ſequitur idem Boninſig. in d. Tract. cap. 5. n. 6. 11

Qui fructus † exigi etiam poſſunt à ſingularibus ſucceſſoribus rerum cenſualium † ne dum hypotecaria, ſed perſonali quoq; actione, & in ſolidum, ſi plures ſint, argumento l. Hactenus. de vſuf. tradit expreſsè Crauett. d. conſil. 217. n. 6. Foller. in d. Prax. d. §. n. 27. Redoan. in d. quęſt. 17. au. 62. & ſeq. & nu. 69. Gabriell. conſ. 141. nu. 2. in 2. & Boninſig. alleg. Tit. de cenſib. cap. 8. pręſertim in fin. † etiam non facta excuſſione Chaſſan. Rub. 5. §. 2. nu. 30. verſ. Aduertendum. 12 13 14

EPITOME

In contractu Cenſuali non eſt reprobandum, venditorem ſoluere integras Gabellas, vel deduci in pactum, vt in extinctione cenſus reficiantur emptori, quod in laudimio obſeruatur, ob emphyteoticum contractum.

SVMMA

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Explicatur verſ. Bullæ (Sicut etiã annullamus.)*

2 *In cenſu, Pacta, quæ non congruunt naturæ contractus annullantur.*

3 *An ſit licitum paciſci, venditorem, reſcindentem cenſum, teneri vectigal reſtituere.*

4 *Foller. & Boecac. reprobant huiuſmodi pactum.*

5 *Senis, ob Statutum, tale pactum vacillat.*

6 *De Iure vectigal ſoluitur ab eo, qui recipit commodum ex contractu.*

7 *Iure communi inſpecto prædictũ pactum valet.*

8 *Cõtractus cenſualis habet implicitam reſolutionẽ.*

9 *In cõtractu reſolutiuo emptor debet eſſe indemnis.*

10 *Redimens rem emphiteoticam reſtituit emptori ſolutum pro laudimio.*

11 *Pro reſolutione emphiteuſis non eſt ſoluendum laudimium.*

12 *Ex reſolutione cenſus non præſtatur iterum vectigal, ſtante ſtatuto Sen. de vectigali ſoluendo.*

13 *Stante pacto de retrouendendo, nouum vectigal ſoluitur ex retrouenditione.*

OBSERVATIO II.

1 EX † deducta Conſtitutione Extrauag. Pij V. in verſ.
(Sicut etiam annullamus) † dum videntur repro-
3 bari ea pacta, quæ non congruunt naturæ contractus,
2 poſſet dubitari † Num ſit licitum Pactum, quo in reſo-
lutione cenſus cõpelli poſſit vẽditor reſtituere emptori

I ſi quid

si quid impendit ratione Gabellarum in locis,in quibus ex huiusccmodi contractibus iura municipalia Gabellam exposcunt † Petrus Foller. in Prax. cens. §. Nihil vltrà nu.24.& seq.per quem ẽt Virgin.Bocc.part.2.nu. 23.in tract.de censib.declarant,si ità pactum,contractũ esse vsurarium. † Horum ego opinionem in terminis statuti Senensis sub Rub.de Gabell. contr.vend.150. in 4. Distin. facilius admitterem, cum in eo statuto vtriq; parti, hoc est venditori,& emptori,onus soluendæ Gabellę imponatur distinctè. 4 5

OBSER. Sed † quando vectigal soluitur ab eo,qui cõmodũ ex cõtractu consequitur,vt est de iure,ad tradita per Bald. nu.4 & DD. in rub. si cert.pet. † verius esse crederem, Pactum hoc, citrà vulgarium existimationẽ, substineri. 6 7

LEX. Est satis in terminis resp Vlp.in lib.1.ad edict.Curul. in l. debet.27. de Aedil.edict. in fin. ibi (Dicemus hoc quoq; restituendam.)

AVCT. Nec credo dissentire ab hac resolutione Thom. Boninsig. Ad iustus negoc.Tit.de censib cap.12.dum vult. venditorem omnibus oneribus subesse, & faciunt And. Tiraq.in tract.de vtr.retract.tit.de retract.conuent.§.6. gloss.2.nu.2.& Arius Pinell.in l.2 de rescind.vend.parte 2.cap.32. nu. 37.

RATIO Et ex † eodem met Vlpiani loco puto excipi rationem posse: Nam cum iste contractus censualis implicitam habeat naturam resolutiuam venditionis, † Decet,vt Vlp.dicit,emptorẽ discedere indemnem,q;,haud dubito,an obseruauerint Foll.& Bocc.supra relati;Si.n. est de natura horum contractuum,vt,facta resolutione, nullum patiatur detrimentum emptor † cur in pactum nõ deducetur, præcipuè cum semper fiant, ex communi vsu, in venditionibus, cum pacto legis commissoriæ, vel resolutiuo, vt vulgares Senis dicunt? 8 9 10

ILLAT. Sic in simili † Redimens cum eodem pacto venditã 11

rem

rem emphitheoticam, teneretur etiam ad restituendum quod, laudemij nomine, Domino soluit emptor, ex Cagnol. in l. 2. de Pact. & Tiraquell. tenet Gugliel. Redoan.
12 in Tract. de Reb. Eccles. non alien. quest. 66. nu. 9. † Pro qua tamen resolutione, ac extinctione, vt contra Iacob. de S. Georg. nō debet solui iterum laudemium, ex Red.
13 ibid. nu. 10. † ità non debet ex d. statuto solui iterum vectigal † Nisi pactum esset de retrouendendo, quod
14 longè distat à Pacto legis commissoriæ, & ab eo, per quod, facta restitutione pretij, res dicitur inempta.

EPITOME

Census, ut Pensiones Beneficiorum, inter immobilia connumerari possunt; ideò continentur in dispositionibus, tàm inter viuos, quàm in ultima uoluntate, in quibus immobilium habetur ratio.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *An in censu collocari possit illa pecunia, quæ destinata est ad comparanda immobilia.*
2 *Iuri consona est opinio affirmatiua.*
3 *Pensiones Beneficiorum immobilia censentur.*
4 *Publici reditus, & Loca Montium censentur Immobilia.*
5 *Census nō debet constituere tertiam nouā speciem.*
6 *Ratione coherentiæ, census debet accedere rebus immobilibus.*
7 *Census habet fundamentum permanens.*

8 *Legatum rerum immobilium continet ẽt census.*
9 *Fratres Mendicãtes nõ possunt possidere census, nec Pensiones Beneficiorum, & nu. 10.*
11 *Immobilia ad certã cãm Mẽdicãtib. dari possũt.*
12 *Dominus census est subiectus collectis loci, in quo est situs census.*
13 *Possidens census non tenetur dare fideiussores.*

OBSERVATIO III.

OBSER. SAEPISSIME † vidi controuersum, An possit in 1
perpetuis censibus redimibilibus conuerti illa pecunia, quæ in bonis immobilibus, vel testantium ordinatione, vel pacto contrahentium, sit collocanda † Et 2
cum in illam, & in istam sententiam vulgus iret; Non esse Iuri cõtrariũ puto, in Affirmatiuã sentẽtiã inclinare.

LEX. Suaderi potest ex duobus Rescriptis eorundem Imperatorum, Leonis scilicet, & Anthemi, primum est in l. Iubemus 14. de Sacrosf. Eccles. secundum in l. Hac edictali 6. §. His illud de secund. nupt. Nec minus clarè ex c. 1. §. Sciendum de Feud. cogn.

AVCT. Assentiũtur Accursius in d. l. Iubemus in verb. (Annonas) & Cyn. Bald. & cœteri in d. §. His illud, & in pũcto Foller. in Prax. cens. §. Huius etat. super reb. nu. 25. & seq. & nu. 52. Hieron. Gabriell. cons. 141. nu. 5. & 10. in 2. Redoan. in tract. de reb. Eccl. non alien Quæst. 17. nu. 26. Boccac. Tract. de censibus parte prima, nu. 49 & n 80 & 98. & parte 2. n 49. & parte 3. n. 60. quod repetit in Tract. Vti possid. cap. 18. & nouissimè Milanens. in Decis 10. num 16 parte 2 cum relatis ab Ant. Gabriell. de verb signif. concl. 8. lib. 5. recept. sentent. & Gaill. obser. 10 lib. 2.

Que-

3 Quemadmodum † pariter inter immobilia connumerantur annui Reditus,quorum in numero Canonistę annectunt Pensiones,quę, intuitu Beneficiorum Ecclesiasticorum dantur Pensionarijs: videte Abbatē,& quæ ibi tradunt addentes in c. ad audientiā nu.2. de rescrip. cum relatis à Gabriell. d. conclus.8.inter quos est Dec.
4 in c. in præsentia de Probat.Loca † quoq; Montium,& credita publicorum redituum inter prædicta recensentur ex d. cons. 141. Gabrielli sub nu. 23.

5 Si † quæramus de ratione, potest dici, Scribentes nō facilè nouas rerum formas inducere, ideò nolle, vt census, rei coherentes, tertiam speciem constituant,vt **RATIO**
6 alij census,Gabriell.d.cons. 141 nu. 16. † Ex quo propter coherentiam, quam habent cum rebus immobilibus, iustius est eos eisdem rebus immobilibus ascribere Gabriel.in d.cons.n.14 per Ang.in §.Hęc ergò.n.3. in Auth. de non alien.reb.Eccl.& etiam,inter alios,per Gemmam illam fulgentissimam, ac precio inestimabili Domus Petruccię, vulgò Feder. de Sen. appellatum in
7 cons.52.† Habent enim fundamentum permanens,atq; optimis radicibus consistens,secundum Bald.in c.1.n.5 de contr.inter Vasall & Episc. & refertur in d.cons.n.5.

8 Hinc † plura decidi possunt,primò,legato rerum immobilium, & hos annuos, perpetuos census contineri, quod probat Gabriell. d. cons. post nu. 18. & per tot. **ILLAT.**

9 Secundò † Fratres Mendicantes, veram paupertatē vouētes, horum redituum esse incapaces Boccac. d. 3. parte de censib.repetita in Tract. Vti possid. c.18.n.60.

01 Quod † accidit etiam in Pensionibus Beneficiorū, vt refert Dec. in d cap. in pręsentia de Probat. nu. 70.
11 Nisi † fortè hi reditus relinquerentur ijs ad certam causam,puta,ratione studij,vel simili,idem Dec.ibid.n.72.

12 Tertio † Dominū census esse subiectum collectis illius loci,in quo situs est ager,vndè census educitur,ple-

nè

nè Boccac. dict. secunda parte numero 49.

Quartò † possidentes hos census, tanquam rerum 13
inmobilium possessores, satisdatione non onerari, Cyn. Bar. Bald. & DD. in l. sciendum. Qui satiss. cog. Roderic. Suarez in l. 2. for. n. 28. Foller. in Prax. cens. §. pręd. pariter nu. 28. Redoan. d. quæst. 17. num. 29. & Boccac. d. parte 3. n. 61. & nos plenè disputauimus in l. 2. solut. matr. ad materias extraordinarias, in Senensi Gymnasio.

ACADEMIA SEXTA.

De Minoribus XXV. annis, & de eorum contractibus.

EPITOME

Non vacillat contractus, factus cum Minore sine Curatore, vel sine consanguineis, si nec Curatorem, nec Consanguineos habet, cautionem tamen ad id habemus ex Vlp. 32. ad edict.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Debile iudicium habemus in ætate minori.*
2 *Minores sinè Curatore non possunt contrahere.*
3 *Statutum Senis reprobat cõtractus minorum, nisi fiant Officialiũ, et trium propinquorũ consensu.*
4 *Sunt qui velint, statutum hoc obligare in cõsciẽtia*

5 *Valet*

5 *Valet contractus Minorum, factus sine Curatore, si curatorem non habeat, & nu.8.*
6 *Fœmina, quæ habet virũ absentẽ, põt sine eo cõtrahere, stãte statuto, quo eius consensus requiratur.*
7 *Minor sine Curatore reputatur Maior.*
9 *Ob necessitatẽ receditur à forma etiam statutaria.*
10 *Minor sine consanguineis potest contrahere, etiam quod per statutum eorum præsentia requiratur.*
11 *Vlp. dat Remedium, quo tuti sint contrahentes cum Minoribus.*

OBSERVATIO I.

1 CVM † legens considerent in immatura ætate debile esse, ac lubricum, maximèq; infirmum homi-
2 num consilium † Factum est, nè Minores viginti quinq; annis, sine consensu Curatoris contrahere possint, & vt gesta per eos, absq; illius præsentia, ac consensu sint, ipso iure, nulla l. 1. totoq; Tit. de Min Bald. & DD. in l. si q̃s
3 mihi bon. §. quod si de acq. hæred. † Et hic Senis viget statutũ, quo Minorũ viginti annis contractus reddũtur omninò inefficaces, nisi Decreto Officialium Mercatorum, & trium propinquorum præsentia, fuerint vallati: est enim sub Rub. 129. de contract. min. & Fil. Famil. in 2. Dist. Adeò ęquum, ac iustum † vt quidam sint, qui
4 velint, peccare eos, qui cum Minoribus contrahant sine prędictis solemnitatibus, vt videre est apud Seraph. in Tract. de Priuil. Iuram. Priuilg. 83. nu. 70.
5 Sed † aduertendum est, an tempore cœlebrati contractus Curatorem habuerit, vel nè Minor, nam si eo caruerit, valebit, licet remedio Restitutionis in integrũ infringi

OBSER.

infringi possit, contractus.

LEX, Est hoc decisum in l. si curatorem C. de in integr. restit. & facit, saltem ad mẽtem Accursij, tex. in l. 1. §. fuit quæsitum, in fin. ff. ad Trebell.

AVCT. Per quæ iura, primo Accurs. in Scholio ad d. §. fuit quęsitũ, in verb. (est) circà medium, postmodum Nicas. in §. nunc admonẽdi. n. 6. Inst. Quib. alien. lic. vel non, Odd. de rest. in int. q. 2. n. 6. & faciunt quæ tradũt Bald. Angel. & Alex. in l. Turpia de leg. 1. Seraph. Priuil. 73. nu. 41. & Crauett. cõs. 12. n. 4. & per eũ Capis. in tract. de Num. Test. parte 1. cap 10. num. 15. † qui duo postremi 6
loquuntur in fœmina nupta, quæ vagabundum habeat Maritum, vt possit sine eo contrahere, nõ obstante, quod iurè municipij, eius consensus sit necessarius.

RATIO Ratio † autem est, quia, eo casu, Minor reputatur maior, vt tradit Simõcell. in Tract. de Decret. Tit. 8. nu. 16. 7
Et † cum palàm sine Curatore contrahat, contractus 8
substinebitur, per ea, quæ refert Seraph. d tract. Priuil. 83. nu. 53. † Reducitur enim quodammodo ad casum necessitatis, qua stante, etiam in huiuscemodi negocijs, 9
recedere licet à forma, etiam statutaria, Crauett. d. cons. 12. Capis. d. nu. 15. & seq. & nu. 20.

Et † ideò quia, in memorato hoc Statuto nostro, si 10
Consanguineos non haberet minor, etiam sinè ijs conuentio facta valeret, Bald. Agnel. & Alexand. vbi supra, idem Bald. in l. 1. C. vnd. vit. & vx. idem Alex. in consil. 38. vol. 3 col. fin. Soccin. d. reg. 261. n. 4. Seraph. & Capis. alleg. locis, puto statuentes in eorum defectu exquisiuisse amicos, & vicinos, quibus nunquam potest esse destitutus minor.

ILLAT. Vt tamen † tutiores sint, contrahentes cum Minoribus, dat Remedium Vlp. in l. Iulianus 14. §. si quis colludente. de act. empt. Vt, nempè, agant aduersus Minores, vt declarent, an velint stare contractui, vel illum re- 11

scindere

ſcindere:quod latè exaggerant ibi Paul.& Fulg. cũ quibus eſt Bald.in l.Dolum n.2. C.de Pericul. & comm.rei vend. videte etiam Pinell. in l.1. parte 3. nu.34. & ſeq. C.de bon.matern.

EPITOME

Minor,& Eccleſia reſtituũtur à nõ facta tranſactione, nõ minuſquàm ab ommiſſa probatione poſt didicita teſtificata.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM

1 *Litigatores interlitigandum ſæpè tentant de controuerſia tranſigere.*

2 *Reſtitutio poteſt peti à Minore, ob non factam tranſactionem,& nu.6.*

Aliqui tamen putant eſſe arbitrarium Iudicis.

3 *Reſtitutio Minori conceditur ex quouis actu, per quem fuit læſus.*

4 *Minores reſtituuntur etiam ab ommiſſis.*

5 *Minores reſtituuntur ad probandum, etiam poſt didicita teſtificata.*

7 *Eccleſ. habet reſtitutionem à ſpreta tranſactione.*

OBSERVATIO II.

1 DVM † lites inſtructæ peraguntur, ſolet vt plurimum agi de componenda Controuerſia, & tranſactione mediante receditur à lite. Quarè cautè obſeruabit Aduocatus Minoris, qui ſi fortè poſtquam ſpræuit

compositiones ab Aduersario propositas, cognouerit
Iudicem sentirè contrà Minorem † Nomine ipsius pe- 2
tat restitutionem in integrum à non facta compositio-
ne, ad hoc, nè subiaceat damno imminentis, vel iam con-
trà ipsum latæ, sententiæ.

LEX. Deducitur à Scribentibus hæc cautio ex text. in l. si
ex causa 10. §. Nunc videndnm ff. de Minor.

AVCT. Vim facit ad hoc in eo text. primus Accurs. in Scolio
(subuenietur) & in Commento Bart. sub nu. 2. singula-
riter obseruatus à Roman. singul. 398. Bald. in l. 2. C. de
rescind. vendit. Alios pro hoc cumulat Cæsar Contard.
in amplissimo Tract. ad l. vnic. C. si de Mom. possess. in 5.
limit. nu. 15. & seq. commune prædicat Odd. de rest. in
integ. q. 66. art. 5. nu. 26. † quamuis ipse credat esse re- 3
mittendum arbitrio Iudicis.

RATIO. Puto emanare à generali ratione, vel priuilegio Mi-
norum † Eos nempè restitui in quocunq; casu de læ- 4
sione constet l. nō omnium 45. cum sexcentis alijs simi-
libus, de Minor. † Ex ommissione quoq; l. fin. C. de re- 5
pud. hær. Put. Decis. 43. nu. 3. parte 2. Verall. Decis. 50.
parte 3. Tessaur. Decis. 99. num. 15. 19. & seq. qualis est
propositus casus, ob recusatam compositionem † Et 6
esset pariter, si ommisisset Iurium suorum probatio-
nem, congrueret enim, post didicita testificata, illum re-
stituere ad probandum, Bart. in l. 1. §. nunciatio de nou.
oper. nunc. Innoc. in c. Audistis de rest. in integ. quem
refert, & sequitur Barbat. ad Bart. in l. in causæ §. nunc
videndum, eod. Tit. de Min. Cacher. Decis. 158. num. 5.
Et † in spræta conditione Transactionis monet, cautè 7
esse obseruandum Cæpoll. caut. 6. & Franc. Cremens. in
singul. 28. constantissimè affirmat, in praxi pro Minore
obtinuisse.

ILL. Quod † non minori cura puto esse obseruandum ab 8
ijs quoq; qui rem habent cum Eccl. cum ipsa pariter hoc
beneficio

beneficio fruatur,& restitutionẽ habeat ob spretã transactionem,in puncto Bald.in c.fin.nu.2.de Probat.

EPITOME

Minor victus in possessorio,intentato ad mentem l.fin.C.de edict. D. Hadr. toll. suspendit exequutionem Restitutione in integ. non obst.l.vnic.C.si de mom.poss.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Iura succurunt Minoribus læsis.*
2 *Scriptus hæres habet remedium l. fin. C. de edict. D.Had.toll.*
3 *In Iudicio possessorio interdicitur appellatio.*
4 *Minor,victus in iudicio possessorio,habet beneficium restit. in integ.*
5 *Lex vnic. C. si de mom. poss. non extenditur ad restit. in integ.*
6 *Restitutio in integ. non comprehenditur in generali prohibitione.*
7 *Senis à sententia Rotæ non datur rest.in integ.*
8 *Stat. prohibentia omnia remedia, non comprehendunt rest.in integ.*

OBSERVATIO III.

1 FAVENT † quidem Iura Minoribus læsis, ità, vt etiam in casibus,in quibus cœteris hominibus præ-

 clusa

clusa est omnis via proclamandi, & negocium iterum instituendi, latus tamen ijs patet campus. † Adhoc 2
probandum, occurrit mihi in præsenti locus pulcherrimus in Iudicio possessorio, hæreditatis petitionis, inter scriptum hæredem, & successorem ab intestato, vel aliū quemcunq; Contradictorem, secundum terminos l.fin. de edict.D.Hadr.toll. † à quo omnis prorsus appella- 3
tio est interdicta per tex. in l. vnic. C. si de mom. poss. commune dicit Cacher.Decis.Pedem.25.nu.9.

OBSER. Attamen † Minor, contrà quem fuerit iudicatum, 4
per restitutionē in integ. iterū Iudiciū instituere potest.

LEX. Facit, saltē in sua generalitate tex.in l.decurionibus 3.de silentiar.lib.12.C.

AVCT. Possunt deduci ad hoc probandum Bald.in c.cum nō liceat nu.3.de Præscript.Ant.de Butr.in l.falsam C.si ex fals.instr.& sexcenti, idem tenētes, cumulati à Cæs. Cōtard. in d.l.vnic.8. limit.num.10.vbi etiam gloss. pen.& in l.Et si fine §.fin.de Minor.

RATIO. Nec † miretur quispiam vestrum; nā licet, d.l.vnic. 5
interdicat in eo iudicio appellationem; non tamen extēdenda prohibitio est ad beneficiu restitutionis † cum 6
ista nunquam comprehēdatur, sub quauis generali prohibitione (siue à lege veniat, siue à statuto fuerit inducta) implorationis appellationis, officij Iudicis, recursus, aut nullitatis, siuè cuiusuis alterius prouocationis, cum sit speciale, atq; extraordinarium remedium Gloss. & DD. in c.coràm felicis de rest.in integ.Iason.in l.post quam liti nu.16.& cęteri post eum C.de Pact. & nouissimè Odd.in tract. de Rest.in integ. Art.6. nu.46.q.15.

ELAT. Quibus † sic stantibus miror, cur inoleuerit praxis 7
in Auditorio Senarum, nè à sententia Dominorum Auditorū Rotę Minores restituantur; cum statutū sub Rub. de Auditoribus Rotæ, in 1. distin. Stat. non prohibeat inspeciali huiusmodi remedium † cum sit commu- 8
nis

nis Scribentiũ opinio, Talia statuta non intelligi de Restitutione in integ. Cyn. in l. 2. C. quorum appell. cũ alijs connumeratis ab Odd. alleg. art. 6. nu. 44.

EPITOME

Minor agendo iudicio rescissorio, non vẽdicationis, aut reintegrationis, exoneratur à probatione dominij, nec ei est necessarium beneficium Restitutionis.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Praxis in rescissionibus alienatarum rerum dãnatur.*
2 *Praxis Speculatoris est magis expedita.*
3 *Iudicium rescissionis contractus, magis est expeditum, magisq; tutum.*
4 *Rei vendicatio, & remed. c. reintegrande 3. q. 1. exposcunt probationem dominij.*
5 *Probata nullitate contractus, Possessor tenetur rẽ restituere.*
6 *Vbi est contractus nullus, rest. in integ. non est necessaria.*
7 *Contractus dolo initus ipso iure rescinditur.*

OBSERVATIO IV.

1 DEPLORANDA † est, ac maxima pietate digna, Praxis illa Agentium causas, his temporibus, in rescissio-

rescissionibus alienationum bonorum Minorum, contrà leges, & absq; solemnitatibus factarum, dum pro ijs recuperandis causam Dominij, & proprietatis instituunt, nimis onerantes ipsos Minores ob Dominij probationẽ, antiquæ possessionis, ac rei ipsius identitatis, non sine maximo illorum incommodo, & sæpissimè etiam cum difficultate, & periculo nõ læui, vt ipsi Scribentes quoq; obseruant ad l. fin. ff. cõmod. † immemores profectò 2
præceptorũ, & formulę traditę, hoc in iudicio, à Durant. in specul. Tit. de reb. Eccl. alien. vel non.

OBSER. Quarè † ergò magis tuta erit, ac expedita via in recuperandis his, malè alienatis, bonis, sine iudicio vendicationis, instituere litem super rescissione cõtractus, officio Iudicis petendo, alienationem, & contractum, super ea factum, nullum, & inefficacem declarari, & possessorem compelli ad rem, quam detinet, dimittẽdam, cum iniustam causam habuerit à Domino, non valente illam alienare; 3

LEX. Et quis non dicet fundamentum esse resp. Vlp. in l. in causę, la 2. de Minor. & constit. Iust. in §. 1. de Auct. Tut. dum statuunt, gesta à Minoribus sine solemnit. esse nulla?

AVCT. Istam praxim ex Specul. alleg. loco desumptã, exaggerando, insinuauit Paul. d. Castr. in cons. 105. nu. 2. vol. 2. incip. si non interuenit Iuramentum, exornando multis autoritatibus, quibus nititur pariter Io. Bapt. Plot. in repet. l. si quando C. vnd. vi. prædictis addens quàm plures alias.

RATIO Est † eorum sententia maximè probabilis, cum nemo sit, qui non videat, Rei vendicationem, vel Remediũ c. Reintegrandæ 3. q. 1. similesq; actiones, quæ dominiũ concernunt, necessariò requirere illius probationem, & recognitionem rei, quam practici identitatem dicunt. 4
In † iudicio verò nullitatis contractus, & rescissionis 5
illius, cum ex facie instrumenti appareat, possessorem causam

causam habere ab Actore, probatis capitibus nullitatis, subterfugere non potest, quin illam non restituat.

6 Et adeò † promptum est hoc remedium, vt nè quidem in integ. restitutio sit necessaria l. in causę alleg. ff. de Min. & tanquam indubitatum prædicat Odd. in Tract. de rest. in integ quæst. 17. art. 7. in principio † Præser- ILLAT.
7 tim quando contractus fuerit dolo initus, cum ipso iure tunc procedat rescissio Odof. in l. si dolo, de resc. vend. & Cacher. Dec. 165. nu. 9.

EPITOME

Malè facta alienatio à Minore, tacitè etiam, cursu temporis ratificatur, ex persona quoq; hæredis, cui fauet supplementum, etiam ad opponendam exceptionē Nonnumeratæ pecuniæ.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Alienatio à Minore facta sine Decreto, est nulla.*
2 *Etiam in vtilitatem minoris facta.*
3 *Minor factus Maior potest ratam habere malè factam alienationem.*
4 *Etiam tacitè, solo temporis cursu.*
5 *In Quinquennio includitur quadriennium, datū Minoribus ad petendam Restitutionē.*
6 *Cursu temporis completur Ratificatio per hæredē, alienante mortuo.*

7 *Tempus*

7 *Tempus inceptum à Defuncto regulariter completur ab hærede.*

8 *Biennium, ad opponendam exceptionem incoatũ per Defunctum, continuatur in hæredem.*

9 *Tempus insinuandi instrumenti currit hæredi.*

10 *Decẽdiũ ad appellãdũ inceptũ, cõpletur ab hærede.*

11 *Nec ab Iudice, nec à partibus potest prorogari.*

OBSERVATIO V.

POSTREMO † circà Minores, animaduersionẽ 1
dignum censeo, quod, licet alienata à Minore annis 25. sine Prætoris decreto, nulliter distracta sint l. lex quę 22. C. de Admin. Tut. Iuniores habent textũ in §. Nunc admonendi Inst. quib. alien. lic. vel non † quamuis illi 2
afferant vtilitatem, & commodum, vt tenet Iacob. Menoch. in Tract. de Arbitr. Iudic. cas. 171. nu. 63.

Potest † tamen, Maior factus, alienationem ratam 3
habere Minor l. 1. & 2. si Maior. fact. rat. hab. lib. 2. Cod. ẽt † tacitè, quod fit quoq; tacendo per quinq; annos 4
post maiorem ætatẽ l. fin. vbi gloss. & DD. si maior fact. alien. sin. Decret. lib. 5. Cod. tradit Ruin. cons. 63. nu. 7. in prim. & Paris. cons. 16. nu. 95. in 2. Simoncell. in Tract. de Decret. inspect. 1. nu. 4. & 5. cum alijs relatis ab Ant. Gabriell. in receptario Comm. Opin. Tit. de Minor. concl. 4.

In quo † quinquennio continetur etiam quadrien- 5
nium, quod, in locum anni vtilis, ijsdem minoribus est datum, ad petendam restitutionem in integrum l. ea quę 5. de Temp. in integ. rest. eo enim tempore transacto, nõ audiuntur l. vlt. d. Tit. de Temp. in integ. restit. latè tradunt de hac materia Menoch. in Tract. de Recuper. Possess. 15. Reme. n. 115. & Odd alleg. Tract. quęst. 19 & 20.

Dubium

6 Dubium † tamen est, si infrà d. Tempus, quadriennij scilicet, & quinquennij, antequàm plenè compleatur tacita ratihabitio, alienantes moriantur: Num quid tempus, quod superest, cedat in commodum hęredis? ità vt per eum compleatur Ratihabitio contractus? Et quidem respondendum est, compleri. OBSER.

Sine dubio cernitur expræssũ in d. l. fin. Si maior fact. alien. fin. Decret. in l. interdum 20. de Min. & in d. l. ea, quæ de temp. in integ. rest. LEX.

Deduco ad idem Accurs. tàm in d. l. fin. quàm in d. l. ea, quæ Bald. & DD. ibid. Iacob. de S. Georg. in l. Minoribus C. De rest. in integ. & plenè disserit Odd. alleg. Tract. quæst. 20. art 8. AVCT.

7 Est † enim iure receptum, Tempora, incepta à Defuncto, compleri per hæredem, probat I. C. in l. Emilius Largianus 38. de Minor. & Impp. Diocl. & Max. in l. vnic. si aduers. Vsucap. saltem secundum intellectum Salicet. & faciunt ea, quæ dicit Ruin. consil. 135. sub nu. 9. vol. 4. RATIO.

8 Et ideò † Biennium ad opponendum non numeratæ pecunię exceptionem, incohatum per Defunctum, currit quoq; ipsi hęredi, tex. est clarus in l. si instrumenta 8. C. de non num. pec. tradit Balb. in tract. Prçsumpt. parte 1. vlt. part. principalis, cas. 23. nu. 33. facit Bald. ILL.
9 dum † vult, quod tempus insinuandi instrumenti currat etiam hæredi, in d. l. fin. † Quæ confirmantur, cum
10 tempus decem dierum, datum ad appellandum à lege, si fuerit incohatum à Defuncto, compleatur in hærede, vt tradunt scribent. in Auth. Hodie C. de Appellat. & in c.
11 cũ dilecti de elect. † Nec ab Iudice, nec à litigatoribus expresè, nec tacitè, possit prorogari Marant. Tit. de Appell. n. 241. nisi grauamen cõtineret actum successiuum, Io. And. in c. dilecti de rescript. Maranc. d. loc. n. 216.

ACADEMIA SEPTIMA.

De Fœminis, & eorum Priuilegijs.

EPITOME

Fœmina potest renunciare beneficio S.C. Velleiani cum certificatione, & alijs solemnitatibus, de quibus Iust. in l. Antiq. 23. ad Velleian.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Senatusconsultum Vellian. factum, fuit nè fœminæ ex fideiussione conueniantur.*

2 *Senatusconsulto Vell. regulariter renunciari non potest.*

3 *Fœmina, renunciando, Senat. Vell. debet certificari per Notarium.*

4 *Certificationem, confert, notari in instrumento.*

5 *Renunciare his, quæ non intelligimus, non possumus.*

6 *Erranti in iure subuenietur, dum agitur de damno vitando.*

7 *Renunciatio est quid facti.*

8 *Extrinseca solemnitas non præsumitur.*

9 *Iust. in l. 23. Ad Vell. das Formam, quomodo fiant renunciationes Velliano.*

OBSER-

OBSERVATIO I.

IN his,quę pertinent ad fœminas,maximum negociũ facessit Prouisio S.C.Velleiani; ideò acturus de fœminis,hoc Senatuscõsultũ antè omnia in medium pro-
1 ponam † Censuit enim Senatus,Syllano,& Velleio Tutore Conss. nè fœminæ ex fideiussione conueniri possent Vlpian.I.C.lib.29.ad edict.in l.2.Tit.1.16.lib.Pandect. & passim per totum illum Titulum.Dec.in l.fœminæ de
2 reg.Iur.num.10. † Cui Decreto nec,regulariter,renunciari posse manifestum est,Gloss.& DD.in c. si diligenti, de for.compet. Socin.Regul.234. cum alijs adductis ab Ant.de Padill.in l.Nè passim de Iur.& fact.ignor.n.7.& seq. Quæ tamen Regula pluribus in casibus excipitur, quorum aliquos numerat alleg. loco Socin.

Quarè si contingat aliquando in casu permisso,fœminas renunciare,aduertat is,qui cũ illis contrahit, nè so- OBSER.
3 la simplici renunciatione sit contentus; † Sed curet specificè renuuciari, ac per Notarium eas expresse in ipso facto de suo Priuilegio informari,hoc est,deviribus Senatusconsulti certificari.

Excitabo ad hoc probandum,cum Scolio,tex in l.fin. §.fin.ff.ad Vell. & in l.fin. C.quãdo mul.Tut.off.fungat. LEX.

Expressis verbis hoc dicit in d.§. fin. Accurs.nec non in §.Hęc Episcopali causa.Inst.de except. cum ijs, quos refert Seraph. in Tract. de Priuileg.Iur.& Fulg. & Crot. & alij testãtur,hanc opinionem esse cõmunem, adeò vt alio modo facta renuntiatio esset omninò inefficax Socin.in reg.273. & Padill. alleg.loco nu.9. AVCT.

4 Sed † amplius necessarium est ad validitatem, Notari à Notario Certificationē in instrumento ipso, iuxtà ea,quæ tradit Paul. de Castr. in d.l.fin. ad Vell. in fin.& Lanfr.in c. Quoniam contrà de Probat.col.10.vers.Item potest per hoc determinari, formam autem nos habe-

mus clarè expræssam in Formulario Senensi, nuper impręsso.

RATIO. Quomodo † enim potuisset, (& sit hæc ratio primi Capitis) efficaciter renunciare Iuribus, quæ fortè ignorabat l. mater decedēs. de inoff. Testam. l. legitimā C. de pet. hęred. l. cum Aquiliana 5. ff. De Transf. & docet Padill. alleg. loco? † Cum in huiusmodi casu, & si erret in iure, cum agatur de damno vitando, ei subueniendum sit, vt tradit in his terminis Bart. Socin. in cons. 263 in fin. † Et faciliter Renunciatio, quæ est facti Castr. in d. l. fin. in fin. probetur, stante, quod pręsumptionem non admittat, tùm ex d. causa, † tùm quia sit extrinseca solemnitas, a d tradita per Ias. & DD. in l. sciendum de verb. oblig. (quę est ratio secundi Capitis) & vtraq; iam relata ratio optimè, & rationibus, & auctoritatibus cōfirmatur à Seraph. in alleg. Priuileg. in principio. 5 6 7 8

ILLAT. Formam † autem d. Renunciationis, & solemnitates, quæ in ea adhibendæ sint, signanter congerit Iust. in l. Antiquę 23. Ad Vell. constitutio proculdubio singularis, parum à nostris cognita, sed, nè corruant renunciationes, ab omnibus aduertenda, & albo lapillo signanda. 9

E P I T O M E

Fideiussio, facta pro Dote, non iuuatur Velleiano, etiam sinè consensu Mariti, & propinquorum adiecta.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Mulier fideiubens pro dote danda, vel restituenda, non iuuatur Velleiano.*

2 *Fauore*

2 *Fauore Dotium cessat Velleianum.*
3 *Plura aduersus regulas sunt sancita, gratia Dotiũ.*
4 *Promissio Dotis, facta à Fœmina coniugata, an valeat sine Mariti consensu.*
5 *Ex Stat. Senis Fœminæ non possunt se obligare sine consensu Mariti, & duorum propinquorũ.*

OBSERVATIO II.

De eodem Senatusconsulto Velleiano, etiam hoc est sciendum: Quantum vultis sit prohibitum renunciare eius beneficio, sine certificatione, vt iam est
1 probatum superiori obseruatione. † Quando tamen Mulier intercedit pro Dote, siuè dãda, siuè restituenda, etiam sine certificatione, & quod magis est, nec facta vllo modo renunciatione Velleiano Senatusconsulto, quominus promissa adimpleat, se defendere non potest. OBSER.

Rescripserunt ad Sepidutam Matrem, pro filiæ dote obligãtem bona sua Valer. & Gallien. Impp. in l. si dotare 12. & confirmauit post Iust. in l. fin. sub eod. Tit. ad Velleian. & probat in sua generallitate tex. in l. Promittendo ff. de Iur. dot. LEX.

Hoc in terminis prædicant verum Bald. Nouell. in Tract. de Dot. parte 6. in 12. Priuil. Bapt. de S. Blas. pariter in tract. de Priuil. dot. Cent. 1. nu. 51. Hieron. Chuchalon. in Add. ad Dec. in l. 2. num. 13. De reg. iur. & faciunt ea, quæ refert Ant. Cordub. in l. siquis à liberis §. si quis ex his nu. 256. & seq. de lib. agnosc. AVCT.

2 Ratio † autem nulla alia melior, aut insita magis rei, esse potest, quàm ipse fauor dotis, quę est pia causa, & deducitur ex doctissimò omnium Præceptore Acc. in d. l. 12. super verbo (Putauerunt) & comprobatur ex dictis à RATIO.
3 Bald. Bapt. & Cordub. alleg. locis † sunt .n. plura aduersus

ſus Iuris regul.fauore Dotis ſancita,& ordinata,vt dicitur in d.l.fin.& probat Bapt. in citato tract.in Præfat.

Compellit † etiam iſta ratio,Mulierem ſoluere promiſſam dotem, etiam quod ſine conſenſu Mariti (cum diſtinctione tamen relata à Cordub.alleg. loco n.260.) & Propinquorum, in caſu, in quo requireretur à Statuto † vt Senis eſt ex Capit.ſub rub.De contr.mul.cõiug. in 2. Diſt. ſe obligauerit, vt tenet in proprijs terminis Bald.d. parte 6.Priuileg.48.plenè comprobatus à Cordub. alleg. loco d.nu.256.& ſeq. 4 5

EPITOME

Inſequentes fœminas honeſtas poſſunt cõueniri actione Iniuriarum.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM

1 *Inſequentes honeſtas fœminas damnantur.*
2 *Chriſtus Dominus funiculis eiecit negociantes in templo.*
3 *Ciuiliter poßumus agere contrà inſequentes fœminas inhoneſtas.*
4 *Frequens Iuuenum comitatus præbet ignominiã honeſtis fœminis.*
5 *An agatur actione iniuriarum contrà non aßurgentes, vel locum non cedentes.*
6 *Romæ controuerſia oborta inter fœm. ob pcedẽtiã.*
7 *Contrà occupatorem noſtri loci, an detur officium Iudicis.*
Conciliatio opinionum ex Chaſſaneo.

OBSER-

OBSERVATIO III.

1 CONTEMNENDA † nimium, atq; omni exaggeratione damnanda est consuetudo Iuuenum nostræ ætatis, dum vesano Mulierũ alienarũ amore capti, assiduo obsequio, eas comitantur, atq; prosequuntur quocunq; iuerint, etiam (scælus abominandum) in ipsa
2 Dei Domo, in Sanctiss. nempè Templis, † Ex quibus Redemptor noster, sæuissimis funiculorum flagellis negociantes expulit.

Quamobrem, vtinam, Mariti, & quicunq; alij, qui Mulierum curam habent in retundenda incautorum Iuuenum temeritate, ciuilibus armis (quibus possunt) vterentur, non enim cum sæuo mucrone vindictę, se ipsos pariter cum ijs impiè sæpissimè iugularent.

3 Ciuilia † autem Arma, si quis à me peteret, quę nam sint, Responderem, esse Gladium Vlpiani I. C. quod parauit in l. Item apud labeonem §. Aliud est. de Iniur. quatenus contrà huiusmodi insectatores, ac prosequutores (nè dixerim Persequutores) alienarum fœminarum, & ad eos arcendos, ac reprimendos, dat Actionem Iniuriarum, quod etiam admittit Iust. in §. Iniuria Inst. de Iniur.

Huius autem Gladij aciem acuerunt pręcipuè Budeus in l. vlt. De Senatorib. versicul. Attentari autẽ prætestatum &c. & Nicas. nu. 10. & Ioach. Minsing. num. 8. AVCT.
4 in prædicto §. Iniuria. † Nec esset sine graui dispendio famæ ipsius Rei, per ea quæ congerit Clar. in d. §. iniuria nu. 9. in Prax. criminal.

5 Nec † Ariolis opus est ad excogitandam rationem: RATIO.
cum ille frequens comitatus prębere aliquam ignominiam fœminis honestis videatur, vt ostendit Mart. Nauarr. super 6. Præcept. Decal. cap. 16. nu. 15. in Manual. dubitari non debet, quin Maritus, vel Parentes cum trãsgressoribus agere possint §. patitur pręd. tit. de iniur. vbi

Io.

Io.Fab.& cęteri scribent.& probat l.fin.infin.ff.eod.Tit de iniur.& nõ parum facit alleg. l. item apud Labeonem §.sponsum quoq;.

ILLAT. Sed † nunquid eadem iniuriarum actio competet, 6
si quis in contemptum ijs non assurgeret, vel in loco cõsueto eas stare non patiatur, magna est apud nostros altercatio,& fortè maior ea, quæ, ob nõ absimilē causam, oborta est in vrbe, anno superiori, inter præclaras, atq; Illustres dignitate, ac sanguine Matronas, † Bald. in l. 7
obseruare §.antequã nu.3. de off.proc.cũ quo inter alios est Petr.Gerard. in sing.33. inclinat in affirmatiuam Sẽtentiam; † Io. Fab. in §. Aliam.instit. de Bon. possess. 8
ab ea acerrimè deflectit, & profitetur, dandum esse officium Iudicis, si inferior non assurgat, non sinat, vel stare in loco, vel in Ecclesia præire ad offerendam, vel candelam sumendam,& Fabrum sequitur Ias. in l. si nõ sorrem §. libertus nu. 23. de cond. indeb. † Vtranq; partem conatur conciliare Chass. in Catalog. Glor. mund. 9
parte 1. considerat.2.& cum eo Rebuff. in l. vnic. C. de sent.quæ propter,& quod interest profer.in gloss.1.post num.353. quos omnes refert Ant.Cordub. in l.si quis à liberis.inprincipio, post num.21. de liber. agnosc quem vos videatis, quoniam in facti contingentia scopum attingeret.

EPITOME

Dos, à Patre Filiæ constituta, censetur congrua, & ob id non compellitur æquare dotes filiabus.

SVM-

SVMMA RERVM SINGVLARIVM

1 *Parentes non possunt cogi ad constituendam Dotem Filiabus æqualem Senis ex statuto.*
2 *Nec alibi per Ius commune.*
3 *Minor Filia non iustè expetit à Patre tantum sibi dari in dotem, quantum filiæ maiori.*
4 *Filia potest vocare in iudicio Patrem, vt det sibi dotem.*
5 *Dos, constituta à Patre, congrua censetur, & nu. 9.*
6 *Nullus Amor vincit paternum.*
7 *Lex plurimum confidit in Patre.*
8 *Stat. Sen. approbat Dotem, filiæ à Patre statutā.*
10 *Quid Iuris, quando maiores sorores dotem inæqualem habuerunt, cui sit æquanda dos minoris.*
11 *Ex consuetudine Parentes, & fratres possunt dotare fœminas in minori quantitate, quàm in legitima.*

OBSERVATIO IV.

1 APERTI † Iuris esse credo, nè dum in hac Ciuite per ius municipale, relatū in statuto 161. sub
2 rub. de Dot. constit. mulier. exclus. † Sed etiam quocunq; loco, ex iuris communis censura; Non posse cogi Parentes ad æqualem dotem constituendam omnibus OBSER.
3 filiabus. † Ex quo filia, minor natu, non potest abstringere Patrem ad sibi dandam in dotem æqualem pecuniæ quantitatē, ei, quam natu minori dederat: vel vice versa, si fortè maior dos constitueretur posteriori nuptæ, prior ad supplementum nequaquam agere poterit.

M Facit

LEX. Facit in argumento tex.in l.cū poſt diuortium §.Gener, de iur.Dot.quatenus valet illud pactū, fortè quia, pater,qui tenetur dotare filiã,l. qui liberos De rit. nupt. & l.fin.C.de dot. promiſſ. † à qua poteſt ob hanc cau- 4
ſam vocari in iudicium Bald. Nouell. in Tract. de Dot. Part. 6. Priuileg. 16.verſ. & adde,quod in tantum.non poterit compelli ad certam quantitatem.

AVCT. Sed clarè id exprimitur, & comprobatur à Dec. in conſ.26.nu.2.& per tot. & à Rob.Marant. in.10. quæſt. nu.23.& plurimum vrgent quæ dicit Bald. conſ.386. in fin.vol.4.& alter Bald. Nouell. d.Priuileg. 16. & Vrſill. ad Afflict. Deciſ.160.nu.3.& quæ pleniſsimè cumulant Gramm.Dec.101.

RATIO. Si † enim iſta Filia poſſet conqueri de Patre,& eum 5
compellere ad ſibi dandum æqualem dotem, id profectò accideret, cum non videretur congruè dotata à Patre,nec iuſtam eſſe dotem, ſibi ad arbitrium Patris conſtitutam; quod quidem in propoſito hoc caſu non poteſt conſiderari, cum lex, † ſtante,quod nullus Amor 6
vincat paternum l.iſti quidem §.fin.ff.quod met. cauſ.l. fin.C.de ſeru.fugit. † plurimum confidit in Patre l.Pa- 7
tre Furioſo, de his qui ſunt ſui vel alien. Iur.cum vulgar. & preſumat,cum optimum capere conſilium pro filijs l. nec in ea. infin. de Adult. † Et ſic Dotem congruam 8
(quod ſufficit,per ea,quæ tradit Marant.alleg.loco) Filiabus eſſe conſtituturū; quarè qualēcunq; dederit, vti congruam,recipit,& admittit, Pariſ.conſ.26. nu.88. in 3.& plures cumulans,Gramm.in d.Deciſ. nu.29. † Et 9
preſertim quando Statutum approbat Dotem per Patrem conſtitutam, vt in proprijs terminis de ſtatuto confirmat Gramm. n.70.& Menoch.d.Tract.de Arbitr. Iud. caſ. 148. nu.2. ex quo deſumitur ratio hęc, præcipuè ex his,quæ dicit ſub nu.4.

Ego † tamen habui in facto inter Nobiles de Ma- 10
lauoltis,

lauoltis,& de Peccis, supplementum esse deductum in stipulatione, sed difficilior erat resolutio, cum alijs filiabus Pater diuersam dotē numerasset. Videte l.Quod si nuptura 46. de iur.dot.l.cum in eo 45.dė Pact. & l. si fundum 35. cum leg. seq. ff. Mand. Socin. consil.55. in primo,& Salicet.in l.Hac edictali de secund.nupt.

11 Sed Consuetudo † Senarum, & Italiæ totius constituendę Dotis,longè minoris,legitima,nè dum à Parētibus, sed etiam à fratribus, substinetur, vt credo,absq; periculo, propter communem omninm obseruantiam, facit quod dicit Bald.Nouell.d.Priuileg.16. & Brun.ad stat.fœmin.exclus.Articul.9. nu.45. ILLAT.

EPITOME

Facultas substituendi per exemplarem, cōcessa ex Priuilegio Fœminis,cessat ijs existentibus in secundo matrimonio.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Fœminæ filios non habent in potestate.*
2 *Fœminæ non possunt substituere pupillariter.*
3 *Exēplaris est introducta ad exēplum pupillaris.*
4 *Mater per exemplarem filio substituere potest.*
5 *Mater, quandiu est in secundo Matrimonio, non potest exemplariter substituere.*
6 *Mater secundo nubens perdit Tutelam.*
7 *Et si Tutorem petere ommisserit, quoq; successionē.*
8 *Lex dubitat, nè fœminæ pro ditandis Maritis, auferant bona à filijs.*

M 2 9 An

9 *An Mater, ob secũdum Matrimonium perdat legatum sibi factum á filio, sub conditione castitatis DD. controuertunt.*

OBSERVATIO V.

QVAMVIS † Fœminæ, quippèquę filios non 1
habent in pōte §. fœminæ Inst. de Adopt. † Pu- 2
pillariter filijs substituere minimè possint, tex. & ibi DD. in princ. instit. de Pupill. subst. Ad faciendam tamẽ exẽplarẽ substitutionẽ, † ad pupillaris similitudinẽ intro- 3
ductam § qua ratione in d. Tit. de pupill. subst. † ad- 4
mitti solent l. humanitatis 9. C. de Imp. & alijs subst. & ibi DD. tradit Vigl. in d. §. qua ratione nu. 5. & Io. Vaud. lib. 2. var. quæst. quæst. 9.

OBSER. Sed † tamen hac in re obseruandum puto, Non sem- 5
per Matrem posse exẽplaliter substituere; si enim secũdo nubat, quandiù est in matrimonio, nō potest vti hoc priuilegio.

LEX. Qui hanc partem tuentur (est enim controuersa valdè) nituntur præcipuè ex tex. l. lex, quæ Tutores 22. C. de admin. Tut. & posset opitulari §. opti num, de non ellig secũd. nub. quatenus sola successio relinquitur.

AVCT. Sunt autem Propugnatores, qui commẽtati sunt l. ex facto de vulg. & pupill Bart. primus sub nu. 12. & seq. & Angel. num. 4. Raph. Cum. & Alex. num. 32. cum his videtur esse Bald. in d. l. humanitatis num. 35. & Ioach. Mynsinger. in d. §. qua ratione nume. 8. Aduersantur Salyc. & Imol. sed prioribus adhæsi, cum viderim, post longam discussionem, eos approbantem Lancell. Polit. conciuem de exemplar. subst. loquentem in suo Tract. substit. vers. Tertiũ est dubium num quid Mater. &c. cui puto, ob ingenij acumẽ. ac prętantem doctrinam, maximè in materia substitutionum, plurimum tribuendum.

Ex

Ex ijsdem met Autoribus colligitur, ex diffidĕtia le- RATIO.
6 gis hoc contingere, ob quam † dum ad nouas nuptias aduolant, Tutelā, quoq; filiorū ipsa eripit Auth. Sacramentum C. quando mul. Tutel. off. fung. vbi latè DD. tenent, cum pluribus alleg. Matth. Cher. in Tit. de secund. nupt. num. 21. lib. 5. recep. sent. vol. 2. & Chass. de con-
7 suet. Burg. Rub. 6. §. 8. num. 1. (& si † Tutorem non petierit, secundum quosdam, etiam iura successionis l. omnem C. ad Treb. latè Gabr. Tit. de secund. nupt. cōcl. 9.
8 Suspecta † enim est Matris fides legi, cum possit filiorum iactura ditare Maritum d. l. 22. & Chass. ibid. nu. 9.
9 An † autem, per hoc nouum matrimonium, vt perditur Priuilegium substituendi, perdatur etiam legatū, factum à filio, sub conditione (si castè vixerit) est magis controuersum apud nostros, & Scribentes in l. Mulier §. cum proponeretur ff. ad Trebell. & præsertim Bart. & Alex longè dissentiunt, eos refert, testatus de magis recepta, Ant. Cordub. in l. si quis à liberis §. Vtrū nu. 88. De liber. agnosc. videte eum. RLAT.

ACADEMIA OCTAVA.

De Alimentis.

EPITOME

Carceratis sunt à Creditoribus præstanda alimenta: Senis tamen datur dietim certum quid, à statuto ordinatum.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Creditor debet præbere cibum debitori Carcerato.*

2 Cauen-

- *Cauendum est, nè quis fame pereat.*
3 *Anima hominis cunctis rebus anteponitur.*
4 *Alimenta Carceratis sunt ordinata Iure Ciuili.*
5 *Carceratis omnibus, Senis quotidie, sunt certæ elemosinæ ordinatæ.*
6 *Senis qualibet die solidi duo sunt dandi Carceratis à Creditore.*
7 *Ommissa solutione duorum solidorum per vnum diem, Debitor liberatur à Carceribus.*

OBSERVATIO I.

OBSER. QVIS aliquando inuitus cogitur, etiam extraneis, præstare alimenta; vt ecce † Qui Debitorem 1
egenum, & pauperem Carceribus commendat, cibum, & alimenta in singulis diebus illi dare tenetur.

LEX. Facit in argumento tex. in l. si victum 33. ff. de re Iudic. & in l. cum sępè 17. circà medium C. de erogat. milit. ann. lib. 12.

AVGT. Id annotare videtur Auth. in d. l. 17. in Glossa super verbo (Agnoscere) & clarè tradit Bart. in Tract. de Carcerib. in fin. Guid. Pap. quęst. 211. & Io. Petr. Surd. in Tract. de Aliment. Tit. 1. quęst. 71. nu. 2. & seq. quàmplures referens: Ex quo non est mirum, si Angel. Aret. in §. fin. de Action. num. 25. dicit specialiter esse annotandum.

RATIO. Ratio † vt mihi persuadeo, eadem est, qua moti 2
Impp. Honor. & Theod. sanciuerunt constitutionem l. Iudices 10. C. de Epis. audient. Nè, scilicet, fame pereat, quod videtur annuere Bart. alleg. loco † vita enim, atq; 3
Anima hominis cunctis rebus est anteponenda c. si habet 24. q. 3. l. sancitus C. de Sacros. Eccles. Felin. in c. in præsen-

prҿsentia de Probat.& pulcrè exemplis aperit Plutarch. in ſuis Paralell.

Statutum tamen hic Senis, ſub rub. de Cacerat. debit.ſolut.159. in 2.Diſt.potuit prouidere circà hoc, & III.
4 minuere iſta alimenta, † cum illa debeantur ex mera Iuris ciuilis ordinatione,ad tradita ꝑ Cornel. Benincaſ.
5 in Tract. de Paupert. quæſt.7. ſpec.2 nu. 20. † & etiã quia,qualibet die alimentis certis, ſaltem ſufficienti Panis quantitate,piarum perſonarum cura, Carceratorum neceſſitati ſuccurratur.
6 Ordinauit † autem d. Conſtitutio,cuicunq; Carcerato petenti ſemel dandos eſſe à Creditore,ſingulis die-
7 bus,ſolidos Duos. † quod ſi à Creditore ommittatur, etiam, eo inuito, Iudex competens tenetur, ſub periurij pœna,& mulcta pecuniaria eum à carcere liberare.
8 Quod † fit quoq; de Iure communi, ſi deſiſtat Creditor ab alimẽtorum præſtatione Aret. alleg. loco,& poſt eum Ant. Cord. in l. ſi quis à liberis §. ſolent. num. 38. De liber.agnoſc.

EPITOME

Alens animalia, illa pro expenſis habet hypotechata, & præfertur cæteris; nõ ſecus, ac Mareſcalchus pro medicinis præſtitis.

SUMMA RERUM SINGULARIUM.

1 *Animal, quod dedit damnum, poteſt retineri à damnum paſſo quouſq; recognoſcatur.*

2 *Animal licitum eſt retinere quouſq; reficiuntur expenſæ, pro eo alendo factæ.*

3 *Animal*

3 *Marescalcho licet retinere Animal pro medicinis illi datis, & nu. 6.*

4 *Licitum est retinere rem pro impensa facta.*

5 *Alens meliora iura habet in re quocunq; alio Creditore.*

7 *Medius pro laboribus, & Medicinis præstitis infirmo præfertur.*

8 *Pro expensis, factis in animalibus, computantur mercedes ex locatione.*

OBSERVATIO II.

OBSER. CAVEANT ij, quorũ in bonis ab alienis Animalibus damnum datum fuerit † qui, si ea, vt fre- 1
quenter accidere solet, retinerent quousq; recognosceretur, iuxtà terminos l. quintus, & l. seq. ff. ad leg. Aquil. si † fortè ijs alimenta, per illud tempus, præstiterunt, 2
nè è manibus, & potestate eorum eximantur, non refectis expensis: cum eo casu † vt Marescalcho licet re- 3
tinere equm pro medicamentis, ei datis Bald. in l. fin. C. Commod. relatus à Bellacomb. lib. 4. Recept. Sent. Tit. de Edilit. act. nu. 8. vol. 2. & à Vinc. Carocc. in Tract. locat. & cond. Tit. de Medic. quæst. 11 nu. 1. † Ità quoq; 4
ijs licitum erit illa retinere quousq; soluantur impensæ, in alimentis factæ.

LEX. Salicetus deducit pro hoc l. in summa. *6.* C. de Pignor. & hypot. & facit tex. in l. Hoc amplius *9.* §. Nèratius ff. de Damn. infect.

AVCT. Habebitis pariter hoc comprobatum, apud Plot. in l. si quando C. vnd. vi. nu. 874 Io. Coras. ad l. 1. de Seruit. num. 140. & apud alios, relatos à Surd in Tract. de Aliment. Tit. 8. quæst. 62. sub nu. 3. Ego plenius comproba-

ui

ui in 3. Tit. 2.lib. Inst. de seruit. & ad Rub.de Priuileg Cred.parte 1.section.3. cap.20.

5 Qui † Surdus paulò post sub nu.4.docet quæ sit ratio,hoc est illa communis,quia licitū est ex Iuris cēsura, retinere rem pro impensa,in ea facta, vt docet Acc. in l. non sortem.§.si centum de condit.indebit.in verb.(Retinebit) tradit quoq; Bald.in loco supra alleg. RATIO.

6 Et † hoc priuilegium adcò efficax est, vt præbens alimenta, meliora, & potiora etiam iura in alimentato habeat; ità vt, quibuscunq; Creditoribus soleat pręferri, Bart.in l.interdum, Qui pot.in pign.hab. nu.1. Neguf.in Tract.de Pignor.& hypot.in 3. Memb.7.part.nu. 21.cum alijs alleg.à Surd.præd.loco nu.13. & a Brogn. Decis.23.nu.31.in prima parte. ILLAT.

7 Quemadmodum in simili † Medicus pro laboribus, & industria,in medicinis parandis infirmo,& (nè recedā ab exemplo supra deducto) Marescalchus Equo,cœteris Creditoribus meliora iura habēt Carocc. d. loco sub num. 1. & 2.in quarum computum mercedes locationis cōputātur,si forte locassent animalia Surd.d.loco n.14.

EPITOME

In extrema necessitate constituti,ex bonis aliorum, inuitis possessoribus, sibi possunt parare necessaria,quàmuis,per eamdem rationem,fœminis non liceat se prostituere.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Bart.princeps eorum,qui iura sunt interpretati.*

2 *Egestas affecit totam Italiam anno 1590.*

N 3 *Furtum*

3 *Furtum Cæsareis, & Pontif. constitutionibus prohibitum.*
4 *Furtum iure diuino prohibitum.*
5 *Furtum apud quasdam Gentes impunitum.*
6 *Furans in extrema necessitate non peccat.*
7 *In necessitate omnia sunt communia.*
8 *Vtens re communi non dicitur furari.*
9 *Fæminæ non licet se prostituere ob extremam necessitatem.*
10 *Homo est nobilissima creatura.*
11 *Ideo non est in fructu.*
12 *Plato in sua rep. omnia volebat communia.*
13 *Fornicatio nunquàm committitur sinè peccato.*

OBSERVATIO III.

COMMENDATIONE quoq; hac in materia non caret Dictum illud † Interpretantium omnium 1
Principis Bartoli in l. 2. §. cum in eadem ff. ad leg. Rhod. nu. 4. non parum accomodatum his temporibus † in 2
quibus ob summam frumenti inopiam, quæ Italiam penè totam, præsertim hoc anno 1590. miserrimè afficit; etiam in hac nostra Ciuitate (quamuis in ea non adeò crudeliter sæuiat, intercessione quidem Deiparę Virginis, cuius tutela conseruatur) aliqui publicè audeant ex Pistorum officinis Panem arripere, nè illius penuria, fame pereant; quippècum secundum illius sententiam, quamuis † furtum, & ciuili, l. 1. de furt. & Pontificio c. 3
1. & 2. de furt. & deniq; † etiam Diuino iure in Deca- 4
logo Exod. cap. 20. Deuteron. cap. 5. sit prohibitum, vt ostendit Beninc. in Tract. Paupert. quęst. 3. Specul. 9. nu. 1. &

1.& Surd.in Tract.de Alim.Tit.8.quæst.39. nu.1. ità vt apud ipsos quoq; Scytas,referente Iustino,nullum esset
5 maius delictum † licet apud quosdam Barbaros impunitum,vt refert Chassan.de consuet.Burg.Rub.1.Tit. Dos iustic.& doric.§.5.gloss.Nen perdia nu.7.
6 Surripientes † tamen in extrema famis necessitate, & in Animi,& in contentionis foro tuti sunt,& sine vllo periculo ex acceptis bonis se alere possunt. OBSER.

Sacra decreta,vndè hanc licentiam congruentius est emanare,sunt aperta: videte c.Discipulus de consecrat. dist.5.c.fin.25.q.1.& c.3.vbi Gloss.de furt. LEX.

Nec dubitant subscribere Interpretes, nam clarè hoc tradunt Bald. Castr. & alij in d. §. cum in eadem Goffr. num.9.in rub.de furt. Dom.Sot.in Tract.de Iust. & Iur. lib.5.quæst.3.art.4.Clar.in §. furtum num.24.Menoch. de Arbitr.Iud.cas.182.n.27. cum alijs deductis à Surd. alleg.quæst.39. num.314. commune prædicatum à Beninc.d.Special.9.nu.22.& à Clar.alleg. loco. AVCT.

7 Nec debet † vlli scrupulum inijcere, cum ob illam extræmā necessitatem, per quā omnia reputantur communia c.sicut hi 4.Dist.Gloss.in c.sepè de restit. spoliat. RATIO.
8 & in d.c.Discipulus † vtens re communi, iure suo proprio vtatur, & per cōsequens nullū committit furtum l. meritò ff.pro Soc.Surd.d.loco nu.5.
9 Quæ ratio † manifestè demonstrat non esse admittendam sententiam eorum, qui contrà l. Palàm. §. non est,vbi Accur.& DD.de rit.Nupt.existimant,fœminis,ob maximam famis necessitatem, licere corpus suum pro- ILL.
10 stituere, quippè cum homo † qui est nobilissima creatura,vt etiam nostra tempestate exclamauit nobilissimo ingenio, ac doctrinæ singularis præstantia clarus vir D.
11 Franc.Piccolominus in exordio Moralis Philosophiæ †
12 non † sit in fructu §. In pecudum de rerum diuis. non possit effici communis † quàmuis aliter fortè diuinus

N 2 ille

ille Plato in sua republica ordinauerit; & ideò illius non esse promiscuum vsum, vt obseruat quoq; Surd. d. Tract. Priuileg. 40. nu. 3. vel etiam secundum Benincas. alleg. loco nu. 33. quia, ob eam communionem, acceptio illa, atq; cõtrectatio Panis, nec furtum, nec scelus aliud dici possit; quod profectò haud est in fornicatione, †quã, 13
tanquàm malum, non possumus perpetrari absq; peccato, quamuis per eam à periculo mortis, ob expletam famem, liberaremur, argumento c. non est, cum vulg. 30. q. 1. latè Sot. d. art. 4. Surd. d. Tract. tit. 7. quæst. 16. nu. 40. & seqq. & nos quoq; demonstrauimus ad Rub. C. qui ammitt.

ACADEMIA NONA.

De Creditorum, & Debitorum Iuribus.

EPITOME

In iure quærendo Debitoris, etiam ex legato, & legitima, nullũ ius habet Creditor, ideò non potest illum compellere adire.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *In hæreditate Debitori relicta, Creditor nullũ ius habet ante aditionem.*

2 *Hæreditas, non dum adita per Debitorem, non dicitur in bonis illius.*

3 *Legatum transit recta via in legatarium.*

4 *Lega-*

4 *Legatum non agnitum, non est obnoxiũ creditori.*
5 *Repudiare hæreditatem, vel legatum, non est patrimonium minuere.*
6 *Quæsita perdere, & lucrum non facere differunt.*
7 *Creditor non habet affectas quartas competentes Debitori, siuè Trebell. siuè Falc. siuè legitimam.*
8 *In lucro, ex dote Vxoris proueniente, antè acceptationem, Creditor ius nullum habet.*
9 *Creditores non possunt impugnare renunciationes, factas futuris lucris à debitoribus.*
10 *Pater potest renunciare vsumfruct. ex bonis filij.*
11 *In fraudẽ creditoris an, tuta cõscientia, renũcietur.*

OBSERVATIO I.

1 QVOD † Creditor nullum ius habeat in hæreditate, Debitori suo delata, cum ille possit eam arbitrio suo spernere, ac repudiare ex Vlp. responso in 66. lib. ad Edict. mirum non est, mea sententia, quomodo enim tale ius obnoxium habebit, si nondum in bonis debitoris est l. precia rerum, cũ simill. ff. ad leg. Falcid.?

2 Admirationem † quidem, & non leuem, apud me præbet id, quod ex eod. Vlpiani loco deducitur, ob le- OBIER.
3 gatum eidem Debitori relictum (quod † recta via in legatarium transit l. à Titio 66. de furt. l. 1. §. si damnum
4 ff. si quid in fraud. patr.) quippèquia † nec minus in illo, ius habere Creditorem, credatur.

Quia expressum reperitur in alleg. Vlp. resp. quod est in l. qui autem 6. in Tit. Quæ in fraud. credit. LEX.

Confirmant Bart. & scribent. in d. l. 6. Socin. Iun. in cons. 24. lib. 3. in principio Brogn. in Tract. de Vsuf. AVCT.

mul-

mul.relict.nu.186. & nō sine acclamatione Guter. in c. quamuis pactum,in principio nu.20, de Pact.

RATIO. Sed † cesset quidem omnis admirati o,cum & casus 5
iste pendeat ab eadem ratione, desumpta ex Vlp. alleg. loco,scilicet,quia repudiare legatum, sicut hęreditatē, non est patrimonium diminuere, sed illud non augere, nec amplificare, ad quod compelli non potest à Creditoribus. † Differunt enim vel maximè,quesitá perde- 6
re,& lucrum non capere l.fin. C. de Codicill. l. si sponsus §.si maritus ff.de Don.int.vir.& vxor.

ILLAT. Propter quam rationem † nec in vlla quarta Ius ha- 7
bebit Creditor,siuè sit Falcidia,siuè Trebellianica, aut illa ipsa legitima, quam iurè naturæ Filio debitam nostri (haud dubito an benè) credunt l.Patrē 19. & l seq. d.Tit.quę in fraud.Credit. latè Guter. d.loco nu.24.

8 Nec † minus in lucro,ex dote vxoris prouenienti,ob nostrum statutum,sub Rub.Quę pars lucr.ced.&c. 136. in 2. Dist. prout in terminis tenet Brogn. d. tract. num. 187. † Et ob id Socin. d.conf. 124. & consil. 109. eo- 9
dem vol. 3. defendit renunciationes, de legato factas, contrà instantes Creditores

Non † semel tamen ego Consului Parentibus,vt ob 10
hanc causam renunciarent Vsufructum aduentitiorum Filij ex Bened.Capr.conf.46.nu.10.& facit Gut.d loco num.37. † Dumtamen ipsi consulerent, an expediret 11
eorum saluti, cum,tuta conscientia,in fraudem non renunciari Iuri de futuro, apertè profiteatur nouissimè in amplo,ac pulcherrimò tract.Matr. lib.6. tit. de Don. int.vir.& vx. Disp.4.nu.9.Thom.Sanch.doctrina,& religione insignis; nec mirum, cum sit ex numero † eo- 12
rum, qui scripti sunt in Societate Iesu, in qua nullus est,qui scientia,ac pietate singulari non eminens sit.

EPI-

EPITOME

Debitor pecuniæ ſatisfacit offerendo meliora bona, & Socius, vel Maritus ſolum inquantum facere poſſunt, tenentur.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Aliud pro alio ſolui non poteſt.*

2 *Debitor, ſi pecuniam habere non poſſit, debet offerre meliora bona.*

3 *Frequentatur, Debitorem conſignando bona ſtabilia Creditori, liberari ab obligatione, remiſſiuè.*

4 *Modus redigendi ad praxim hoc remedium.*

5 *Non reperto iuſto precio, dantur bona creditori, æſtimatione facta à Peritis.*

6 *Ex lege 12. Tab. Debitor contumax poterat diſcerpi.*

7 *Contemptio legum ciuilium, facta à Phauorino Philoſopho.*

8 *Antiqua ſeuitia contrà Debitores ex lege Petilia ſublata.*

9 *Sanguinem ex Rapo. Adagium.*

10 *Priuilegium offerendi bona competit etiam hæredi, ſi pecunia in bonis defuncti non reperiatur.*

11 *Socius, & Maritus non poſſunt conueniri niſi inquantum facere poſſunt.*

12 *Doctores, & Aduocati gaudent eodem priuilegio ſecundum quoſdam.*

13 *Statu-*

13 *Statuto dictante, Debitores cogi, non obstante quocunq; priuilegio, non comprehendit Doctores.*

14 *Milites non tenentur nisi in quantum possunt.*

15 *Debitores Ecclesiæ non conueniuntur nisi in quantum possunt.*

OBSERVATIO II.

ALIVD † pro alio, inuito Creditore, solui non posse, scriptum reliquit Paul. ad Edict. vt videre est in l. 2. §. mutui datio in fin. ff. cert. pet. probat quoq; l. si se non obtulit ff. de re Iudic. † Sed aduertat Debitor, & si ei aurum, & argentum, aut æs obsignatum; ad quod tenetur; comparare non licet, offerat intrepidè Creditori bona stabilia, ex melioribus, quæ possidet, quorum facta obsignatione, statim ab obligatione liberari debet. 1 2

OBSER.

LEX. Armat hoc factum nouissima Constitutio Iust. Imper. in Nouell. De fideiuss. quæ recensetur in C. Tit. de solut. Auth. Hoc nisi debitor.

AVCT. Assentiuntur Patres, Cynus primum, mox Bald. & cœteri Scribētes, vno ore, & præsertim Beninc. in Tract. Paupert. Quęst. 4. num. 30. † Ità vt vbiq; locorum obseruari in praxi testetur Papien. in formul. libell. in Act. hypot. §. exceptionem solutionis nu. 3. in fin. & ità iudicari Tholosę Capell. Decis. 68. & in Senatu Pedemont. Tessaur. testatur in Decis. 153. nu. 3. † & modus redigendi ad praxim refertur à Marcell. Cal. in tract. de Modo articul. num. 773. † Et ad æstimationem bonorum consignatorum æquam, ac iustam efficiendam, putarem conferre formam, traditam à Math. de Afflict. Decis. 358. nu. 4. & 5. in dandis bonis in solutū Creditori quando non reperiatur ex ijs iustum præcium, remitti nempè arbitrio 3 4 5

arbitrio peritorum,quod puto singulariter obseruandū.

6 Erat † enim nimis dura, ac rigore plena illa Pauli constitutio in egeno Debitore, cui pecuniam comparare impossibile penitus erat, præsertim attento legum decemuiralium decreto, quo permittebatur etiam Creditori facultas laniandi Debitorem suum, post sententiam contumacem. RATIO.
7 † Quod præbuit Phauorino Philosopho apud Gell. lib.20. cap.1. latum campum deri-
8 dendi leges nostras. Fuit † tamen ex lege Petilia C.Petilio, & L. Papirio Conss.referente Liuio lib.8. primę Decad.& ex nostris Couarr.lib.2 var.resolut.cap.1. nu. 1.omninò explosa,ex cuius tenore est rescriptum Impp. Valer.& Gallien.in l.12.Ob ęs,de act.& oblig.quod cō-
9 gruit veteri adagio † Sanguinem ex rapo deduci minimè posse. Ex quo iurè licuit Iustiniano ob impossibilitatem pecuniæ inueniendæ, vt obseruat Accurs. in d. §. Mutui datio, super verb. (Potest) d. constitutionem in fauorem miserabilium personarum sancire,quod sentire etiam videtur Tessaur. d. num. 3. per quàm purus rigor Pauli in similibus casibus fuit penitus reiectus, vt obseruat Didac.Couarr.d.loco.

10 Et † Priuilegiū cōceditur ēt hæredi,qui beneficio Inuētarij est adeptus hæreditatē, quādo pecunia in bonis hæreditarijs non extat,vt tradit Syluan.cons.150. nu.1. in 2.vol. ILLAT.

Sed maiora videmus aliquando ob causam concedi Debitoribus, prout est remittere debitum, vel saltem
11 partem ipsius, † quod accidit inter socios, inter Coniuges, & similes, inter quas personas aliquando non fit exactio integræ quantitatis,sed tātum vsq; ad eam partem,quam commodè præstare possunt l. verum 64. pro
12 Soc. l. Maritum 13. ff. sol. matr. cum simil. † Quibus placet nonnullis connumerare Doctores,& Aduocatos, pro quibus videatis Bart. in l.Miles De re iud. Guid. q.

388. nu.3. Caccial.in Tract.de Debit.Suspect.quæst.5 Priuil.5.nu.9.vers.Quartò quæro. Et nouissimè Brogn. in Tract.de Tut.nu.318.& 319. vbi † potissimum agit 13
in terminis statuti,præcipientis,capi Debitorem,reiecto omni priuilegio, in quibus terminis loquitur etiã Caccial. loco alleg. † Quibus possemus,fortè connumera- 14
re Milites,cum nec personaliter capi,secũdum quosdã, possint, Didac.d.lib.2.var.resol.cap.2.nu.4.& Rip.in d. l.Miles num.3.loquens in Milite cœlestis Militię, & M. Mant.in Tract.de Priuil.Milit.n.263.† Nec nõ Debito- 15
res Ecclesiæ, cum iustum sit, cum Ecclesia sit pia mater omnium,& eius bona ad vsum pauperũ destinata. Abb. in c.non minus num.6.de immun.Eccl.

ACADEMIA DECIMA.

De locatione, & conductione.

EPITOME

Ob nouam causam locator potest expellere de domo Conductorem, & Creditor antè diem conuenire Debitorem.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Rationi conueniens est Pacta seruare.*
2 *Quæ de nouo emergunt,nouo egent auxilio.*
3 *Locator,ex noua causa,potest discedere à locatione.*
4 *Res nostra debet primum nobis seruire.*
5 *Caritas incipit à nobis ipsis.*

6 *Ex*

6 *Ex causa possumus conuenire Debitorem in diem, vel sub conditione, statim.*

OBSERVATIO I.

1 CONVENTIONES † & pacta obseruari, & rationi, & æquitati conueniens esse, Prętor in suo edicto manifestissimè testatur, Vlpiano referẽte 4. ad edict. lib. in l. 7. §. Prætor ait de Pact. tamen aliquando ex noua
2 superuenienti causa, vt est illud vulgatum † Quę de nouo emergunt, nouo egent auxilio l. de ętate §. ex causa ff. de Inter. act. ab ijs discedere, inexpiabile peccatum non crederem.

3 Casus est in locatione † Dominus domum suam locauit, mox, quia vel duxit vxorem, vel ob aliam, non leuem causam, vsu Domus suæ eget, est nè ob conuentionem suam comprimendus? Non quidem, sed etiam non dum locationis tempore elapso, poterit inquilinum expellere, etiam ex ęquitate canonica. OBSER.

Si queritis fundamenta, legite primum c. Propter sterilitatem 3. in fin. de locat. & rescriptum Impp. Anton. in l. Ede, quam 4. locat. quibus confert quoq; tex. in l. Planè ff. vt in possess. legat. LEX.

Mox percurrite scripta vtriusq; Siculi, Andreæ si quidẽ, & Nicol. de Matarell. quos refert, & sequitur Franc. Rip. in Tract. de Pest. parte 2. nu. 21. cum his maximę auctoritatis virum Couarr. cap. 30. Pract. quæst. nu. 3. in fin. Anton. Gabriell de locat. 3. concl. & nouissimè plures allegãtẽ Claud. Tut. alleg. 24. nu. 5. quorum sententia comprobatur etiam ex his, quę fuerunt decisa à Rot. Rom. coràm Domino Capoz. 303. & 304. Decis. relatis, à Verall. Episc. Caputaquẽs. parte 1. Nec prætermittatis Abbatẽ, & cęteros Can. in d. c. pp sterilitatem. AVCT.

RATIO. Ab his, & ex Cyno Pistoriense potissimum in alleg. l. Ede. rationem percipietis; ipse enim dum quærit causam, ob quam, in quolibet ex casibus, in lege compræhēsis, fuerit ab Alex. Cōstitutio facta, iuxtà tenorem d. Rescripti, in vers. Secundus casus. ostendit illud, quod quærimus, dicens † conueniens esse, vt nobis primum seruiat res nostra, cęteris alijs ommissis, quia in nostro periculo est; & si cui benè faciendum sit, nobis primum benè faciamus † cum caritas à se ipso debeat exordiri l. Præses 6. de seruit. & aqua tradit Socin. cons. 48. circà med. parte 1. quam rationem deindè sequitur Vinc. Carocc. in Tract. locat. & conduct. parte 4. Rubric. de Recusat. quęst. 2. nu. 6. 4

HLAT. Ità ex noua quoq; causa superueniente † permittitur creditori in diem, vel sub conditione, ante statutum diem, vel conditionis complementum, Creditum à Debitore petere, non minusquam si purè promisisset, puta si inciperet perdere sua, vel alia ex causa fieri suspectū, aut fugitiuum Abb. in c. lator, de Pignor. nu. 4. & tradit Carocc. allegat. loco nu. 11. & Lud. inter commun. tit. de solut. concl. vnic. 3. limit. 5

EPITOME

Conductori non fit remissio quando sterilitas ob sua scelera potuit contingere.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Peccata nè dum occidunt Animam, sed etiam nocent ad acquisitionem temporalium.*

2 *Conductori, turpiter viuenti, ob tempestatem, vel sterilitatem, non fit remissio.*

3 *Propter*

3 *Propter peccata veniunt aduersa.*

4 *Ob Decimas non solutas, frequenter veniunt sterilitates, & tempestas.*

OBSERVATIO II.

1 MALI † mores, vitaq; culpis notata, nè dum ad Animę salutem, sed etiam ad commoda bonorũ fortunæ non parum sũt impedimenti; non solum quoniam omnium rerum effector, ac Parens Deus Optim. Max. flagitiosis hominibus minus profusè ista impertiri soleat, vt conatur demonstrare D. Chrisost. in Homel. de Hel. & sterelit. scelera enim impunita non debent remanere, D. Augustinus in Psal. 58. & nostri per l. 59. de sol. sed etiam quatenus ad iuris nostri Constitutiones, ac priuilegia, prout casus pulcherrimus in hac materia lo-
2 cati, & conducti potest considerari. OBSER.

Quando † conductori ob sterilitatem, vel aduersam aliam tempestatem, aut quamuis temporis iniuriam, iuxtà c. Propter sterilitatem de locat. & l. si merces, 28. §. vis maior ff. locat. esset facienda remissio; si tamen turpiter vixerit, & peccatorum cœno sit inuolutus, locator remittere non tenetur.

Eliciunt hoc nostri Scribentes, & Canon. præcipuè ex c. reuertimini 16. quæst. 1. vbi id satis clarè D. Hieronymus videtur dicere. LEX.

Ex quo deindè non dubitarunt claris verbis asserere: videte Gemin. & DD. in c. 1. de decim. Host. Io. And. & alios in c. propter sterilitatem, præcitato de locat. Boss. in Tract. de remiss. merced cond. n. 88. Guid. Pap. quæst. 639. nu. 2. Franc. Rip. in Tract. de Pest. Tit. de Priuileg. cõtract. caus. pest. nu. 33. cum alijs alleg. à Vinc. Carocc. in Tract. loc. & conduct. Tit. de remiss. merce. q. 8 n. 40. AVCT.

Ratio-

RATIO. Rationem quilibet per se excogitare potest, cum facilè sit credere, Deum Opt. Max. Prędium sterile reddidisse, vel fructus ex eo eripuisse ob conductoris scelera, cum † vulgatum sit illud, propter peccata aduersa nobis contingere, Peruſ in c. 1. de decim. in 6. Hanc rationem confirmat Rip. alleg. loco nu. 34. 3

ILL. Inter pręcipua conductoris scelera conuumerarem, 4 retentionem decimarum, dolo factam, cum Ioan. And. & Host. in d. loco, potissimum inuehant contrà detrectantes decimas iustas persoluere Rip. alleg. loco, & Io. de Imol. relatus à Viu. tit. de decim. in comm. lib. 1. vol. 1. quoniam verè ijs, in pœnam perfidiæ, sterilitatem minatur Dominus; à quo cuncta bona emanant, in d.c. reuertimini, & facit non parum tex. in cap. Maiores 16. quæst. 6.

EPITOME

Iudici, Professori, & Aduocato quemadmodum debitum honorarium totius anni, Domino mortuo, soluitur; ità post eorum mortem, illo viuo, actio hæredibus datur: In famulis, autem, & cæteris, qui fabriles operas locant, contrarium seruatur.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *D. Antonius Caucus Commend. laudatur.*
2 *D. Stephanus Benassaius lucensis laudatur.*
3 *Aduocatus, mortuo cliente, debet habere salariū totius anni.*

4 *Mortuo*

4 *Mortuo Aduocato, salarium totius anni debetur hæredibus.*

Senis, professore mortuo, datur salarium hæredibus, & nu. 7.

5 *Don Ferdin. Medices Mag. Dux Etr. laudatur.*

6 *Doctor Achilles Sanct. laudatur, & nu. seq.*

7 *Don Cosmus Med. Magn. Dux Etr. laudatus.*

8 *De Iure communi; mortuo Professore, soluitur salarium totius anni.*

10 *Dum moritur Professor, vel Iudex in officio, non stat per eos, quò minus non compleant officium.*

11 *Contingens vni non debet nocere alteri.*

12 *Obligatio Iudicis, Professoris, vel Aduocatis non consistit in mero labore, sed etiam in industria.*

13 *Existens in officio, si ad aliud vocetur, & moriatur, transfert ad hæredes salarium vtriusq;.*

14 *Famulo mortuo, salarium reliqui temporis non debetur hæredibus.*

15 *Famulo ægroto, non debetur salarium.*

16 *Domino mortuo, famulis debetur salarium, nisi locent operas suas alteri.*

17 *Familiaribus Domesticis Principum debetur totum salarium.*

OBSERVATIO III.

IN hoc Locationis, & Conductionis tractatu non iudicabitur fortè extrà rem omninò, inserere quod respondi, diebus elapsis, petentibus, quid nam essem con-

consequutus ob Mortem admod.Ill.ac Reuer. D. Antonij Cauci à Commẽdonis † Sanctiss. D.Papę Prothonotarij, Abbatis S.Galgani, Patricij Veneti, inter Romanæ Curiæ Prælatos diuitijs; doctrina, & vitæ integritate nulli fortè secundi: Ex Tabulis Testamenti nihil me esse assequutum (ijs tantum, qui in Domo commorabãtur legata, & quidẽ non modici momenti, munificentissimè scripsit, † & D.Stephano Benassaio Lucẽsi I.V.D. à secretis ipsius Reuerẽdiss. libros omnes, maxima pecuniæ quantitate emptos, ob eius probitatem, doctrinam ac ingentia merita, reliquit.) 1

OBSER. Posse † me tamen consequi, si vellem, Aduocationis honorarium, quod mihi, singulis annis, pręstabat honorificentissimum, quamuis nouus annus, dum moreretur, vix esset inceptus. 3

LEX. Nec puto, ob proprium interesse, à veritate aberrare, cum habeamus cumulatum responsum Pauli, & Vlpiani, vnum quippè in l.qui operas 41.§.Aduocati. Alterum in l. Sed addas 21. fin. ff.locat.quibus consonum est, quod ante eos respondit communis vtriusq; Præceptor Papinianus, tum in l Diem functo 22.eod.tit. locat. tum in l.Diem functo 4. de off. Assess.

AVCT. Accursius, & Scribentes ad Papin. omnes assentiuntur, ex quo communi omnium calculo esse receptum, testatur Curt. Iun. præsertim num. 53. quem nouissimè refert, & sequitur Vinc. Carocc. in Tract. locat. & cond.ad Tit.de remiss.Merce.8.quæst.sub nu 201.

Et † contrà, idem accideret, si ego mortuus essem, illo superstite, debita etenim esset hæredibus meis totius anni pensio, tex. est clarus in l.1. §. Diuus de var. & extraor. cognit.vbi præceptor Acc.& in l.post duos 15. §.fin.C.de Aduoc.diuers.Iud.Franc.Rip.tradit in Tract. de Pest.cap.1.nu.115.commune Curt. vbi suprà. 4

Senis † verò semper fuit in vsu merita professorum 5
pub.

pub. Gymnasij hac liberalitate in hęredibus compensare,& hoc potissimum tpe, regnante Serenis. Ferdinando Mediceo Mag.Etrur.Duce,quo nullus vnquam fuit, vt in cœteris actionibus splendidior,ità in persoluendis
6 stipendijs prontior,ac generosior † Et cum,nescio quo casu,Officialium cuntatione,dilata sit solutio hęredibus Eccellẽtiss.D.Achillis Santes,primarij Antecessoris matutini in Iure Ciuili, Præceptoris mei Recolẽdę memoriæ,maximo omnium męrore,ac Scolarium lacrimis 20.
7 Decembris 1600 diem extremam obeuntis † Serenis. Cosmus II. paternę generositatis non minus quàm Regni successor,vt qui,dum vixit,Gymnasij fuit ornamentum, mortuus stipendij debito decore carere, diu non est passus, & statim gratioso rescripto Officialibus suis retardatam solutioné persolui munificẽtissimè cõmisit.

Scit † enim optimè Princeps Serenis. quàm libe-
8 raliter cum Doctoribus legentibus publicè Scribentes agant, communi Scola acclamante, Bologn. consil. 71. Curt. vbi suprà nume. 37. & in eadem lege Iacob. de S. Georg. nume. 17. & cum pluribus Carocc. d. loco,
9 num. 197. † Nec defuerunt, tum sibi met ipsis, tum nobis cęteris perpendendo, ac maturè resoluendo quid agendum sit,egrotante, vel mortuo Professore D. Polidorus Rip. in Gymnasio Pisano honorificis stipendijs Professor Singul. Obser. 371. & D. Philipp. Massin. ab Innocent. in eod. Pisano Gymn. è prima Sede Ius Ciuile summa cum laude Interpres, qui plenissime materiam hanc multis in casibus absoluit, in Cent. 1. Select. Iur. Distin. ad Serenis. Christinam à Lotharingia Magn. Etru. Ducem. in Distin. 88. cum quinque, vel sex. seq.

10 Ratio † prædictorum desumitur ex ijsdem Vlp. & Paul. d. l. 21. & 41. quia nempè in pręnarratis casibus, nec per Aduocatum, nec per Officialem, vel Professorẽ stat, quò minus exequutioni mandetur munus inceptũ;

ſed Mors intercedens, tũ ex partè Doctoris, tum ex parte eius, cui officium præſtatur, impedit incoati muneris, vel officij abſolutionem, & ità ſentit Acc. in d. §. Diuus & Carocc. d. loco nu. 193.

Verum quoniam, mortuis ijs, qui debent officium præſtare, durius videtur, quàm mortuo Conductore, & repugnare ſenſui, cum videatur potius per eos ſtare, † & 11
caſus, contingens in perſona vnius, non debet alteri nocere l. ſi verò, §. Item cum quidam, cum vulg. ff. locat; Ideò inueſtigandũ eſt, quę magis propria ratio ſit; quod profectò pendet ab his, quę tradit Bart. in d. §. Diuus nu. 5. & ſeq. communiter receptus, teſte Laur. Siluan in conſ. 28 nu. 13. parte 1. vbi latè † Dicit enim ibi Bart. 12
quod cum ſimus in conuentione, quę ſuccedit in locum legalis ordinationis, non eſt ſecundum tempus facienda ſciſſio, cum illud, quod à Iudice, vel à Profeſſore, aut Aduocato promiſſum fuit, non conſiſtat in mero labore, ſed in induſtria, & in ingenio, quod diuiſionem non admittit, ſicut tempus, & pecunia, ideò nec præmium, ſiue honorariũ, pro eo conuentum, ſcindi debet. † Quinimo cumulatur etiam aliquãdo, nam qui gerit officiũ, 13
ſi ad aliud vocatus, moriatur, vtrũq; honorarium conſequitur arg. l. fin. C. de Domeſt. & Protect. lib. 12. tradit Petr. Bell. de re Milit. parte 1. Tit. 10. nu. 15. & Petr. Gerard de priuileg. Doct. parte 4. nu. 139.

Hinc † licet inferre, quod, famulo mortuo, ſalarium 14
reliqui tẽporis nõ debetur hæredibus † Immò, eo egrotante, ceſſat præſtatio penſionis, cum merus labor in 15
eius ſeruitio ſpectetur, & merum tempus, quæ diuiſionem recipiunt, l. ſi vnus, de Vſuf. leg. Ant. de Butr. Petr. de Anch. & alij relati à Siluan. d. loco nu. 2. & latius de veritate quærens num. 23 cui adijcitur Iacob. vbi ſuprà nu. 36. † Sed Domino mortuo, famulo debetur integri 16
temporis merces, niſi alteri operas ſuas locaſſet l. ſed

addas

addas §.fin.locat.Ias.in d.l.Diem functo de offic. Assess.
17 num.22. in 3.not. Quod † in Curialibus,ac Domesticis, Familiaribus Principum facilius obseruari crederem,ob l.fin. C.de Domest.& Prot. lib.12. cum in inferioribus, ac merè mercenarijs,an sit vsu seruatum nondum benè noui.

EPITOME

Ob pactum de non alienando re locata, vel ex speciali illius hypotecha,conductor nō poterit expelli, saltem non refectis damnis, & contrà singularem successorem poterit agere,non facta excussione.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Locationes rescinduntur ex venditione.*
2 *Pactum de non alienando re locata plurimum prodest conductori,& nu.4.*
3 *Hypotechatio rei locatæ prodest conductori, & num. 5.*
6 *Pandectæ Pisanæ lectæ ordinatione Fran. Curt. & Bart.*
7 *Pactum de non alienando,cum conductore factū, impedit dominij translationem.*
8 *Hypotecha,conductori concessa, dat ius in re, & vt possit peti, & retineri.*
9 *Qui non est cautus sibi imputet.*

 10 *Iurans*

10 *Iurans in contractu locationis, vendendo rem, non distrahit locationem.*

11 *Hypotecha, & cautio de non alienando, dat Conductori ius contrà singularem successorem, etiam non facta excussione.*

OBSERVATIO IV.

LOCATIONES factæ † frequenter solent, cum maximo Conductorum præiudicio, rescindi, vel venditione rei locatæ, vel altero quoq; simili, alienationis titulo l. emptorem, cũ l. seq. C. locat. l. arbores §. pensiones de vsuf. 1

OBSER. Caueat † ergò Conductor per locatorem sibi promitti rem locatam non vendere, nec alio modo alienare, † vel saltem sibi eam specialiter, aut etiam in generali obligatione hypotecari, quia † ex tali conuentione, & nullam distractionem facit, ob conuentũ pactum de non alienando, † & ob hypotecham habebit ius persistendi in re, nec ex ea poterit amoueri, non refectis expensis, damnis, & omni interesse. 2 3 4 5

LEX. Singularem tex. ad id (sic eum appellant Angel. & Imol.) omnes adducunt in l. si creditor 7. §. fin. ff. de dist. pign. maximè secundum Lecturam Pisanam † de qua certitudinem ex ipsis libris petierunt Bart. & Franc. Curtius in calore disputationis, vt testatur idẽmet Bart. ad l. ea lege nu. 4. C. de cond. ob caus. 6

AVCT. Luculenter idem Bart. tradit in d. l. emptorem, quem refert, & sequitur Aufer. ad Capell. Tholos. Decis. 420. Bart. Salic. Imol. & DD. in d. l. 17. §. fin. Bart. Ias. & DD. in l. si ità quis, de verb. oblig. & in d. l. ea lege C. de cond. ob caus. & Ias. in l. filius famil. §. Diui, num. 122. Roder. Suarez in l. post rem iudicatam de re Iud. limit. 1. ad declar.

declar. leg. Regn. num. 8. & communem in vtroq; casu asserens Necus. in Tract. de pignor. in 2. parte princip. nu. 5. & seq. & optimè pariter distinguẽs vtrunq; caput Io. Guter. in l. nemo potest nu. 43. & seq. de leg. 1.

7 Quatenus † ad pactum de non alienando, est ratio, quia talis conuentio impedit dominij translationem, vt videtur sentire Ias. d. 1. lect. nu. 93. & ex communi sententia Suarez. alleg loco nu. 12. RATIO

8 Quatenus ad hypotecham † est, quia mediante illa obligatione, cõductor cõsequitur ius in re, & sic actionẽ ad petendam, quarè multò magis ei exceptio permitti debet l. 1. §. quod autem, cum vulg. de superfic. insistit enim in re sibi ante hypotecata, quod ius locator non
9 potuit venditione diminuere † emptor enim cautius agere debebat, vulg. reg. Qui cum alio Tit. vlt. Pandect.
10 Quinimmò, † & si fortè fuisset iuratũ, durior eius conditio esset, cum, ob illud iuramentum, locatio præcisè esset seruanda Necus. alleg. loco sub nu. 9.

11 Quæ † conuentio tamen, præfata forma ordinata, alterum pulcherrimum, non minus vtilem, effectum parit, vt nempè exequutio fiat cõtrà singularẽ successorẽ, & immissio in possessionem, nulla facta discussione contrà principalem, Bart. in l. creditore C. de pignor. quem refert Rod. Suarez alleg. loco nu. 5. & nu. 13. quod etiã signanter attendit Guter. alleg. loco, nu. 30. III.

EPITOME

Fœmina inhonesta à vicinis expelli potest inuita, & contrà locatoris voluntatem.

SVM-

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Non semper est liberum conducere, quam volumus, Domum.*

2 *Fœmina inhonesta potest à vicinis expelli.*

3 *Socius inimicum Socij, eo inuito, non potest retinere.*

4 *Honestæ Fœminæ, inhonestarum exemplo, nō sunt incitandæ ad malum.*

5 *Fœminæ, turpem vitam agentes, non possunt circà Gymnasium Senense habitare.*

OBSERVATIO V.

OBSER. NON semper † liberum est cuicunq; quam voluerit Domum, vel habitationem conducere † iure enim potest fœmina inhonesta, etiā inuita, à vicinis ex domo conducta, vel propria expelli. 1 2

LEX. Pia hæc, non minusquam moralis constitutio reperietur in l. Non aliter 7. ff. de vsu, & habit. attenta præsertim declaratione, ibi facta in Scolio ab Acc.

AVCT. Tradit quoq; manifestius Paul. de Castr. in l. 2. C de Summ. Trinit. & fid. Chatol. nu. 5. vbi quàmplures refert Franc. Curt. in Addit. idem tenentes, & præsertim Cepoll. in Tract. de Seruit. in 5. cap. nu. 6. † vbi etiam ostēdit Socium non posse retinere Socij sui inimicum, inuito Socio. 3

RATIO. Quæ † nam sit causa deducitur ex §. Non enim Auth. de lenon. Non enim, illarum exemplo, honestarum fœminarum mores delicati corrumpi debent, iuuenibusq; præbenda causa rixarum, & peccati; Faciunt notata Angeli ibi, & expresè dicit Ant. Gomes. lib. 3. var. resol. cap. 6. in fin. sub rub. de iniur. 4

Quo

5 Quo † iure Senis vtimur: Immo expresso Serenifs. Don Ferdinandi Medices Magni Ducis Etrurię; nè Scolares, cum maximo animi detrimento, à studijs distrahãtur; rescripto ordinatum est, nè huiusmodi fœminę in Domibus, vicinis publico Gymnasio, inhabitare possint. ILLAT.

ACADEMIA VNDECIMA:

De Cautionibus, & Fideiussionibus.

EPITOME

Campsor, fideiubens, nõ habet beneficiũ excussionis, quemadmodũ, nec pater, vel statuto, vel ex ipsa fideiussione, pro filio obligatus.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Mercatores conueniuntur, nulla prius facta excussione principalis.*
2 *Excussio est de apicibus iuris.*
3 *Mercatores apicces iuris non attendunt.*
4 *Pater, fideiubẽs ꝓ filio, nõ habet benef. excussionis.*
5 *Nec obligatus pro eo ex forma statuti.*
6 *Vbi adest stat. quod sola veritate inspecta agatur, non fit excussio.*

OBSERVATIO I.

CALLIDE profectò eum agere iudicarem, qui, in obligationibus contrahendis, fideiussores reciperet

ret Campsores,& Mercatores alios quoscunq; , spretis ijs,qui ob diuitias,ex hominum opinione, eos fortè superarent, non quia Mercatores semper paratam pecuniam habeant † sed quoniam eos possumus conuenire, 1
nulla prius facta principalis debitoris discussione, ac nostrum creditum, recta via , ab ijs extorquere .

LEX. Ad fauorem Creditoris deducunt Scrib. tex.in l.si fideiussor 29. §. quædam ff. Mand. ex generalitate illius responsi.

AVCT. Sed clarius Franc.Acc.in glossa(Moderno)in §.Argẽtariorũ Auth.de fideiuss.quæ est pen.in illo tit.post eum Scribent.ibi,Ias.in l.si constante num.204.solut.matr.& multos idem tenentes congerunt,tum Mars. in rub. de fideiuss. num.8. tum Gabriell. pariter in tit.de fideiuss. concl.1. 27.limit.num.88.& per And. Gaill. lib.2. Obseruat. Obseru. 27. & per alios confirmat Tessaur. ità fuisse iudicatum in Senatu Pedem. ann. 1582.in decis. 166. numero 7.

RATIO. Excussio † enim est de apicibus iuris,vt per Deciũ, 2
& alios tradit Crauett. consil. 263. num.3. & post eum Tessaur. decis.52. nu. 2. † Qui cum longissimè à Mer- 3
catoribus debeant abesse d. §. quædam,prohibitum est illis de excutiẽdo principali excipere,vt tradit Bened.de Plumb. in tract. de Discuss. in fin. Matth.Coler in tract. de process.exequut. parte 1.cap.10.nu.266. & nu.269. & faciunt ea , quæ tradit Benuen. Stracch de Mercat. in tit.Quom. in caus. Mercat. proced. sit. in rub. de exceptionibus nu. 5. & seq. cum his , quæ tradit Petr.Duen. reg.335.in verb.de fideiuss.quippè cum præcipuam Fidem ijs homines pręstent Cacher. decis.Pedem 2.n.6.

ILLAT. Euitatur † quoq; ista exceptio,vel vbi Pater recipe- 4
retur in fideiussorem pro filio , vt latè Boer. quæst.221. quem refert , & sequitur Tessaur. in prima limit. ad d. decis.166.nu.5.& alios cumulat d. conclus.1. Gabriell.

num.

num. 109. & Michael. Graff. lib. 7. Recept. Sent. Tit. de fideiuff. nu. 165. 2. vol. Commun.

Vel † quando, ex iure Municipij, pro ipſo filio te-
5 neretur, Boer. & Gabriell. alleg. † Quæ potiſſimum
6 haberent locum vbi vigeat ſtatutum, vt Senis, quod in cauſis procedatur, ſola veritate inſpecta. Videte Grat. reſp. 87. nu. 27. in 1. & reſp. 63. nu. 45. in 2. volum.

EPITOME

Conſtitutio, vel Pactum, obligans ad dandum fideiuſſorem, intelligitur, ſi fuerit petitus; Ità ſtatutum, quod Senis obligat Iudicem ad dandam ſententiam infrà certum Tempus, intelligitur, præcedente inſtantia litigantium.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Coſmus Medices Magn. Dux Etruriæ conceſſit ſecuritatem Debitoribus, præſtito Fideiuſſore.*

2 *Debitores, obligati ad dandum fideiuſſorem, non ſunt in mora, niſi petatur.*

3 *Senis extat, ſtatutum quo Forenſes non admittuntur ad Iudicium, non præſtita cautione.*

4 *Vtens priuilegio ſtat. debet adimplere formã illius.*

5 *Obligans ad cauendum ſatisfacit iurat. cautione.*

6 *Moratoria, conceſſa à Principe, debet eſſe cum fideiuſſore.*

Q 7 Quib.

7 *Quilibet potest fauori suo renunciare.*
8 *Creditor, non petendo cautionē, videtur remittere.*
9 *Vsufructuarius non dat cautionem, si nō petatur.*
10 *Vsufructuarius accipiens fructus, sciente Domino, illos facit suos, et si non dederit fideiussorem.*
11 *Senis adest statut. quo Iudices sub pœna Cōpelluntur sententiam infra certū tempus ferre, & n. 13.*
12 *Et incidunt in illud, si sententia petatur.*
14 *Promittens dare auxilium, non est contumax, si non petatur.*

OBSERVATIO II.

PRINCIPES aliquando subditis immunitates concedere solent, & dilationes ad exoluendum æs alienum, idonea tamen satisdatione præstita Creditoribus † vt factum fuit à Serenissimo Cosmo I. Mag. Etruriæ Duce I. sub anno 1560. per publicum Edictum, in fauorem oberatorum, habitantium in Ciuitate, & Dominio Senensi. 1

OBSER. At † Creditores debent esse solliciti in cautione exquirenda, alioquin Debitores Priuilegio fruuntur, etiam illa non prestita, nec minus oblata. 2

LEX. A Principibus quoq; emanat fundamentum, quo nititur ista tàm gratiosa facultas, nam rescriptum Imperatorum Gratia. Valent. & Theod. ad Florian. Præfect. præbet amplam materiam releuandi debitores à d. onere, vt manifestè obseruat Accurs. in Scolio (Prebeatur) ad l. Vniuersa 4. De Præcib. Imper. offer. quamuis, & Vlp. primum 2. ad Edict. satis clarè suam de hoc aperuerit sententiam, Videte eum in l. 1. §. Non exigit, vt in poss. leg. seu fideicommiss.

Pro-

Profitetur hoc Decius in Conf. 2. nu.7. verf. Qui verò debet prȩftare, &c. nec fuit prætermiffum à Marfil. oculatiffimo, præfertim in materia fideiuffionum, dum ad hanc rub. multa dicit fub nu.145. infin. AVCT.

3 Quemadmodum † in fimili contingeret hic Senis, fi Forenfis vocaret iudicio ciuem, cum fit receptum. Nè Forenfes poffint in iudicio conuenire Ciues Senenfes, nifi prȩftita cautione: nam, & hoc cafu debet à Ciue cautio peti, alioquin Proceffus eft validius, vt tradit idem Accur. in d.l. Vniuerfa, & ibi Iaf.nu.2.& feq. referens opinionem Caftrenf. in l. Peto. §. fin. nu.3. De leg. 2. afferentis id effe fingulare, & menti tenendum, cum, fecundum hanc opinionem, in praxi obtinuerit.

4 Nifi † fortè ftatutum concederet aliquod nouum, vel fpeciale beneficium, vt eft ftatut. fub Rub. Quod Conftit. Senenf. non profint Forenfibus, &c. 63. in 4. Dift. nā eo non poffent vti Forenfes, nifi darent fideiuſſorem, etiam non petitum.

5 Sed † in vtroq; cafu fatisfactum erit iuratoria cautione, per ea, quæ Surd. in Dec.141.nu.8.

6 Ea † aūt poteft effe ratio: Cautio hȩc refpicit merum fauorem Creditoris, cum moratoria, fine cautione à Principe conceffa, fortè vacillaret, vt probat eadem l. Vniuerfa, & facit quoq; l. Refcripta 7. & Bart. & DD. in dd.locis, fub eod. tit. de Præcib. Imper. offer. RATIO.

Quo † ftante, cum quilibet fauori fuo renunciare pof-
7 fit l.pen. De Epifc. & Cler. l. pen. C. de pact. Cum vulg. Non † petendo Creditor, eam remififfe intelligitur.

8 Quemadmodum † in fimili accidit in Cautione ab
9 Vfufructuario danda, de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, ea enim non præftita, faltem per iuratoriā cautionem Auth. generaliter, vbi DD. de Epifcopis, & Cler. Surd. d.Dec. 141.nu. 7. non facit fructus fuos .l.1.C. de
10 Vfufruct. Surd. ibidem nu. 1. † Verum fi Vfufructua-

Q 2 rius

rius, sciente, & patiente Domino proprietatis possideat, etiam non data cautione, lucratur tamen fructus Bart. & DD. in l. Vxori, De Vsufr. leg. & post Ruin. in Cons.43.num.3. vol.2. in puncto, faciunt quæ congerit Brogn. in Tract. de Vsuf. Mulier legat. post nu. 89.

III. Hinc † habemus resolutionem statuti Mercatorum nostrorum, teneri nempè Magistratus omnes Ciuitat. 11
Senen. ferre sententiam † infra statutum tempus sub pœna centum Florenorum, intelligi arctare Iudices, 12
si fuerit à partibus expresè petita, vt Marf. alleg. loco num. 45. † Et ipse vidi aliquando in Curia Merca- 13
torum, Magistratum punitum, ob prætermissam sententiam, petitam instanter ab Actoribus, stante d. statuto illius Fori, sub Rub. Mod. di proced. nelle domand. e liti cosi per l'Att.&c.in 2. Dist. loco 55.

Idem † quoq; contingeret stante pacto, cum habea- 14
mus, quod promittens præbere auxilium (puta Feudatarius Domino) non tenetur, nisi fuerit petitum cap. 1. De Nou. Fid. Form. tradit Abb. in cons.49.n.3.vol.2.

EPITOME

Fideiussor, qui diù stetit in Fideiussione, potest compellere Debitorem ad se liberandum: non tamen ex statuto, quo causæ habent exequutionem paratam; sed benè Senis per aliud statutum ad materiam sancitum.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM

1 *Fideiussor antequam soluat, non potest cogere principalem debitorem ad se liberandum.*

2 *Fide-*

2 *Fideiussor, si diù stetit in Fideiussione, potest cogere principalem, ut se liberet.*

3 *Pro re, diù hypotechata, potest agi, ut liberetur.*

4 *Diù quando intelligatur, est arbitrarium Iudicis.*

5 *Senis ex statuto, instrumenta habent exequutionem paratam.*

6 *Controuertitur, an Fideiussor possit agere ad se liberandum statim, ubi est statutum, quo instrumenta habeant exequutionem paratum.*

7 *Angelus contrà Bald. tenet negatiuam.*

8 *Ratio pro opinione Angeli.*

9 *In Curia Mercatorum extat statutum, quo Fideiussores possunt cogere principales Debitores ad se liberandum.*

10 *Exbrigatores non possunt cogere principales ad se liberandum.*

OBSERVATIO III.

1 FIDEIVSSOR † antequam soluat non potest regulariter conuenire principalem debitorem ad se liberandum l. si pro ea C. Mandat. c. fin. De fideiussor.
2 Nisi † fortè diù steterit in fideiussione l. Lucius ff. Mand. Acurs. antesignanus in d. l. Si per ea. Necus. in Tract. De Pignor. par. 6. in 3. Memb. num. 68. Gomes. lib. 1. Var. resol. cap. 13. nu. 10. Chassan. de consuet. Burg. rub. 5. §. 2. n. 25. vers. Sed quęro. in fin. & Mynsing. in §. si quid
3 autem. Instit De fideiuss. n. 5. † Quod obseruatur etiam in re nostra diù pro alio obligata, etsic in pignore, vt per
4 d. l. Lucius. affirmat Neus. vbi supra nu. 66. † Et quanto tem-

to tempore protrahatur istud, diù, Scribentes referunt officio Iudicis declarandum, Bald. in d.l. si pro ea vers. 6. Mynsing. d. nu. 5. & latè Menochius. De Arbitr. Iud. cas. 41. num. 2.

OBSER. Sed † in locis (vt Senis accidit) in quibus extat statutū, per quod instrumenta habeant exequutionem paratam; An statim, post factam obligationem, possit fideiussor quærere liberationem, valdè controuersum est, † Nam Bald. in d.l si pro ea, num. 7. & in l. certum num. 9. C. Famil. Ercis. quem refert. Socin in Reg. 147. 9. Fallent. cum alleg. à Marsil. in Rub De Fideiuss. num. 216. & à Chassan. vbi sup. nu. 27. tenet Fideiussorem statim agere posse, propter periculum instans, & paratam exequutionem. † Angelus verò in l. Fideiussor de Fideiuss. tenet contrarium. 5 6 7

LEX. Quæ sententia habet fixas radices in d. l. Fideiussor, quæ est ordine 46. in illo Tit. de fideiuss.

AVCT. Cum Angeli sententia videtur esse Acurs in d l. fideiuss. dum iuribus corroborat textum, & clarius profiteri Socin. alleg. loco num 9.

RATIO. Nec † caret ista sententia ratione, fidem enim dedit creditori fideiussor de soluendo, cum sciret, vigere in Ciuitate tale statutum, & incipi posse ab exequutione, ex quo, nè decipiatur creditor, cogitur omninò, saltem diù, stare in fideiussione Acurs. in d. l. si pro ea, & tenet Socin. d. num. 9. Suarez. in l. Post rem iudicatam ff. de re Iud. ad Declar. leg. Regn. num. 11. vers. Notandum secundo. Qui mox num. 14. dat cautionem ad hoc, vt liceat fideiussori creditorem compellere statim. 8

ILLAT. Sed † hic Senis in curia Mercatorum habemus salutare Remediū per stat. sub Rub. Promesse com. debben proced. per la sua indenn. cap. 110. in 2. Dist. Permittitur enim ex eo cuicunq; fideiussori per mensem, antè aduentum diei, agere contrà Principalem, in cuius gratiam fide- 9

fideiussit, vt liberetur à periculo soluendi.

10 Sed † ego crederem, non iuuari hoc statuto fideiussores indemnitatis, quos vulgò Exbrigatores appellamus, per ea, quæ tradit in materia Caball. in Tract. De Euict. §. 2. num. 19. Et multos casus, qui possunt excipi à Regula, superius relata, & à statuto prædicto, refert Afflict. De consuet. Regn. Sicil. in consuet. si Dominus Vasall. gloss. 2. in 3. lib.

EPITOME

Ex pluribus, contendentibus de possessione, illum possidere Iudex statuet, qui primus fideiussorem offeret.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Datio Fideiussoris impedit sequestrum.*
2 *Senis est ius municipale, per quod expeditur materia sequestrationis.*
3 *Primus offerens fideiuss. mittitur in possessionem.*
4 *Prior in tempore, potior est in iure.*
5 *Sequestratio fieri solet ob periculum dilapidationis.*
6 *Fideiussio in sequestro obligatur, nè dum ad restituendum, sed etiam ad conseruandum.*
7 *Creditor, mediantè Fideiussione, conseruatur indemnis.*
8 *Statutum Mercatorum Senis imponit pœnam amouenti rem sequestratam à sequestrario.*

OBSERVATIO IV.

FIDEIVSSIONIS † dationem Sequestrum facien- 1
dum impedire, et iam factum reuocare explorati
Iuris esse videtur l. si fideiussores §. fin. & ibi Bart. & Ias.
pręsertim numer. 17. & Scribentes omnes ff. Qui satisd.
cog. l. fin. & ibi. 2 not. Bald. & cęteri De ord. cogn. latè
Paris. conf. 41. vol. 1. Guid. Pap. Quęst. 246. in fin. & ibi
Add. Pract. Pariens. in emendat. De Form Sequestrat.
Matth. Chęrian. in tit. de Interd. n. 14. lib. 7. recept. sent.
mihi vol. 2. Quod profectò in possessione rei litigiosæ
nullam habet difficultatem, Senis præsertim † vigente 2
Stat. sub rub. de Reuocat. Intes. & sequestr. 110. in 2.
Dist. statutorum.

OBSER. Difficultas tamen esset resoluere quando, vel ambo,
hoc est Actor, & Reus, sibi persuadent possidere; vel
neuter esset in possessione † Quarè in hoc peritus, ac 3
diligens Aduocatus Clienti proficiet, si in offerenda fi-
deiussione Aduersarium pręcurrat, ei enim tunc dabi-
tur res litigiosa.

LEX. Qui non credit Martino huius opinionis Auctori, vi-
deat textum clarum apud Vulp. I.C. 30. ad Edict. in l.
1. §. apud Iulianum ff. de posit.

AVCT. Et in hoc loco, excitando Martinum, tenet ipse met
Commentator Acurs. & post vtrosq; Iacob. de Aret. in
Tractat. De sequestr. sub nu. 24.

RATIO. Est enim valdè conueniens ex plurib. de eadem re li-
tigantibus eum præferri, qui primus obtulit † Cùm 4
prior in tempore, in iure quoq; potior esse debent l. si
& iure, vbi gloss. & l. seq ff. Qui pot. in pign. hab. nulla
hac in re Aduersario facta iniuria; Nam cum ob pericu-
lum dilapidationis concedatur sequestrum l. si cum do-
tem §. si autem sol. matr. DD latè in d. §. si aût † Cum 5
Fide-

Fideiussio contineat obligationem, & pro conseruanda, & pro restituenda rè, Bart. in d. §. fin. num. 2. † ea me-
6 diantè, ipse penitus tutus conseruatur, c. cum cessantè De appell. & in proprijs terminis sequestri docet Paris. d. cons. in fin. num. 49.

7 Accipienti † autem rem sequestratam de potestate sequestrarij contrà ipsius voluntatem, manet grauissima pœna, ordinata in statuto Mercatorum in fin. sub Rub. Integ. ò Sequestr. cap. 124. in 2. distinctione. ILLAT.

EPITOME

Principalis se offerens in Iudicio, contrà Fideiussorem moto, potest ex persona sua excipere, si à Fideiussore victo posset conueniri, secus contrà.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Prodest causæ, si fideiussor moneat Principalem Debitorem de litè sibi mota.*

2 *Principalis potest se offerre in iudicio, contrà fideiussorem moto, & excipere ex persona sua.*

3 *Exceptio ex persona Principalis debet proponi in Iudicio, contrà fideiussorem moto, ad hoc vt prosit.*

4 *Exceptio ex persona Debitoris non prodest quando à fideiussore non posset compelli.*

OBSERVATIO V.

OBSER. ET pro Fideiussore, & pro Principali Debitore hoc erit obseruatione dignum † Pro fideiussore, vt denunciet litem sibi motam ei, pro quo intercessit; Pro Debitore verò, vt ex persona sua exceptiones opponat, quas habet, competentes ex persona propria, quę verè fideiussori non competerent † Hoc enim casu Principalis, se offerens in Iudicio, impedit eius exequutionem. 1 2

LEX. Ex sententia Iuliani fuit obseruatum à Vlpiano, relato in §. Generaliter l. Idemq; x. tit. Mand. & in l. Verum 64. Pro Soc.

AVCT. Tradit quoq; in terminis Bart. in d. l. Verum, in pri. sub nu. 3. & post eum Bald. in l. quoties in fin. sub nu. 5. C. De Pręcib. Imp. offer. & faciunt dicta Marsilij in rub. de fideiussor. cum alijs adductis ab Alex. in l. cum filius §. 1. De verb. oblig. num. 6.

RATIO. Hoc enim, vt mihi persuadeo, fuit à Vlp. statutum, cum alioquin † Priuilegium, & exceptio ipsius Principalis obligati frustratoria redderetur, cum posset, vt annuit Bart. in prin. l. etsi fideiussor, de re Iudic. conueniri à fideiussore, ea non obstante, quod luctuosum ei fieret, & ideò salutari remedio prouidendum l. fin. in fin. C. de Vsur. rei iud. & faciunt quæ latè tradit Bart. in l. Sticchum §. quod vulgò de solut. 3

ILLAT. Quarè † vt tenet Cyn. in d. l. quoties de Pręcib. Imper. offer. & repetit Alex. in d. 1. §. in fin. Non proderit hoc Remedium quando aliqua ratione non posset reus principalis à fideiussore conueniri. 4

EPITOME.

Rogatus Fideiubere non repetit, & commendatus non restituit, quamuis commendans non obligetur regulariter.

SVM-

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Fideiussor, rogatus fideiubere à Testatore, soluendo, non repetit.*

2 *Hoc intelligitur secundum mentem Romani.*

3 *Cautela pro Testatoribus, vt liberent vsufructuarios à fideiussore.*

4 *Fid. ex præcedenti rogatione debet esse gratuita.*

5 *Commendatio Testatoris quando operetur legatū.*

6 *Commendans Amicum non censetur fideiubere.*

7 *Ordinans solui Creditoribus intelligitur etiam de ijs, quibus ex Fideiussione debet.*

OBSERVATIO VI.

TESTATOR hæredem, vel alium; quem in testamento honorauit; grauauit, vt pro Titio fideiuberet; morem gessit, & fideiussit, temporeq; conuento etiam soluit † Queritur an possit à suo principali repetere. Papinianus xvj. quest. respondit. Non repetere. OBSER.

Relatum fuit hoc resp. à Compilatoribus expressis verbis in l. Tribus 6. De Vsufr. earum rerum, quæ vsu consum. LEX.

Hoc ipsum responsum summopere exaggerant. DD. præsertim Bald. in l. indebitam 47. De cond. indebit. Barb. in addit. ad Batt. in d. l. Tribus, & Angel. in l. si quis mandato De Neg. gest. † Quod puto verum secundum declarationem Roman. in singul. 796. quem refert Iason. & sequitur in l. si Fideiussor nu. 6. De leg. primo. Et hoc est optimum pro Testatoribus, qui volunt Vsufructuarios immunes à prestatione fideiussionis. AVCT.

3 Eam † autem esse rationem constat, vt docent Bald. RATIO.

R 2 & Ias.

& Iaſ. allegati, quia iſta fideiuſſio debet eſſe gratioſa, & ad commodum debitoris aliquid operari † vt ad commodum eius, qui commendatur à teſtatore, commendatio, ſi efficaciter fiat, & non vulgariter, ſed ſpecialiter, vt noſtri dicunt, quia leuiter facta, & communi, ac generali quodam modo, nihil operaretur. Videte Alex. Conſ. 158. volu 2. & Crauett. in Tract. De Antiquir. Temp. part. 1. §. Vidimus, & abundè. & num. 45. vſq; ad fin. 4

ILLAT. Qui † verò commendat Amicum Creditori, puta, vt exactionem differat, orando; vel teſtetur de idoneitate, aut optima voluntate ſoluendi, credo quod defenderetur ex his quæ Acurſ. dicit in l. Quod venditor 38. De Dol. & per illum textum niſi nimis profusè proceſſerit verbis, de quo cauendum eſt diligenter. Percurrite Bart. in l. eleganter §. quod venditor C. eod. tit De Dol. & quæ per Barb. Alexand. & alios refert Chaſſ. De Conſuet. Burg. rub. 5. §. 2. num. 1. in Addit. Verſ. An verò quis. 5

Qui † Chaſſan. paulò poſt num. 29. ponit alterum pulcherrimum caſum in Teſtatore, qui multis eſt obnoxius, nè dum nomine proprio, ſed etiam alieno, hoc eſt tanquam fideiuſſor: & ordinauit hæredi, vt ſolueret omnibus debentibus recipere, nam hæres teneretur ſoluere etiam ijs, quibus erat obligatus; & ſine ſpe recuperandi à principalibus Debitoribus. Videte pro reſolutione Iaſ. & DD. in d. l. ſi Fideiuſſor in pri. De leg. pri. præſertim num. 8. 6

ACA-

ACADEMIA DVODECIMA.

De Vsuris, & Interesse.

EPITOME

In recipienda sortè prodest de Vsuris protestari, nè censeantur remissæ.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Vsuræ non petuntur ab eo, qui simpliciter sortē petit.*
2 *Tutius agit qui recipit sortem sine liberat. debitoris.*
3 *Ommissa petitione vsurarum, possunt iterum peti cum sorte nouo libello.*
4 *Creditor, simpliciter recipiendo sortem, videtur remittere Vsuras.*
5 *Vsuræ præstantur officio Iudicis mercennario.*
6 *Officium Iudicis Mercennarium non potest quicquam extincta principali actione.*
7 *Dominus, recipiens cautionem, debet protestari circa caducitatem.*
8 *Creditor soluendo debitori non remittit creditum ex alio capite.*

OBSERVATIO I.

1 DVM † Creditor exigit sortem ab eo Debitore, qui etiam ad accessorias Vsuras tenetur, de ijs prote-

protestetur, alioquin nullus ei daretur regressus ad eas petendas.

LEX. Nullus locus clarior est quàm rescriptum Imp. Alex. ad Timocratum, ob vsuras debitas, ex vsu pecuniæ depositæ, & sic accessorias, non conuentas: est enim hoc in l. si deposita 4. in tit. deposit. Quę protestatio, & si fortè, secundum quosdam, prodesset, etiam facta sortis quietatione; actione præscriptis verbis eo casu competente; † Tutius tamen est sortem simpliciter recipere, 2
nec liberare, & de interesse protestari. argumen. l. 3. §. Idem Iulianus, de eo quod cert. loco.

AVCT. Inculcat hoc Bart. in l. fin. nu. 4. d. tit. de eo quod cert. loco, & ibi quoq; Ias. num. 4. in parte saltem assentitur Rot. Gen. Decis. 89. num. 9. & facit Hieron. Gabriell. cons. 35. in prin. vol. 2. † tradens, stante sententia condemnatoria, ante exequutionem, quomodo succurratur creditori, quod excitauerat quoq; prius Bald. in d. l. si deposita. Peti nempè iterum sortem, nouo libello, adiecta etiam petitione vsurarum. 3

Non † enim concedunt DD. peti vsuras ommissas 4
RATIO. in exactione sortis, non solum quia creditor, recipiendo sortem, uidetur illas remisisse, sed etiam quia vsuræ debitæ, possunt ex eo exigi, cum veniant in consequentiam petitionis principalis, factæ de sorte; † Præstantur enim officio Iudicis mercennario, quod inseruit, vt dicunt nostri, actioni intentatæ l. centum capuæ in fin. d. tit. quod cert. loc. l. si per collutionem 51. §. fin. de act. empt. Bart. in d. l. 3. eod. §. Idem Iulianus num. 5.
Et † ideò, extincta principali actione, non posset quicquam operari officium Iudicis, clarè Acurs. in d. l. 4. & tradit Menoch. in Tract. Præsumpt. 6. lib. Præsumpt. 25. num. 13. & Io. Petr. Surd. in Tract. de Aliment. tit. 1. 5
ILLAT. quęst. 43. num. 10. & per tot.

Prodest † etiam ista protestatio Domino recipienti 6
cano-

canonem, ad conseruandum ius pro expellendo Emphiteuta, cessante per biennium, vel tirennium Ias. d. loco. Abb. Corbul. in Tract. de Caus. ex quibus quis cadat ab emph. in causa ob non solutum canonem.
8 † Et Creditori soluenti debitori suo, nè uideatur remissum debitum, quamuis non putem, protestationem ei necessariam esse. Videte Syluan. consl. 186. nu. 17. par. 2.

EPITOME

In fundo, ob Dotem oppignorato, fructus percepti non minuunt sortem, cum illi citrà crimem vsuræ, & in statutum, & in pactum deduci possint.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *In Dote, saltem post bienniū, Vsuræ permittuntur.*
2 *Fructus, percepti ex pignore, sortem minuunt.*
3 *Quamuis aliud seruetur in rebus ob dotem pignoratis.*
4 *Diffident Scribentes, cur in Pigniore dotis fructus non minuant sortem, & septem refert rationes Martinus Nauarrus.*
5 *Leges Naturam imitantur.*
6 *Natura, producto animali, statim gignit materiam, proportionatam pro cibo, ad illud conseruandum.*
7 *Educatio liberorum est de iure Naturæ.*

Ex-

8 *Expedit fœminas esse dotatas; & dotem ijs conseruari.*

9 *Dotes debent inseruire oneribus matrimonij.*

10 *Onera Matrimonij non possunt substineri sine aliquo emolumento.*

11 *Promittens Dotem Cappellæ tenetur ad fructus, si eam non soluat.*

12 *Vsuræ Dotis in pactum deduci possunt.*

13 *Statutum Sen. quod Viduæ dentur alimenta quousq; Dos non fuerit restituta, non est vsurarium.*

OBSERVATIO II.

PRosequamur materiam vsurarum, & interesse in contractibus Dotium † In quibus ità debitę sunt 1
vsuræ, saltem post biennium à die, qua perducta sponsa fuit ad domum viri l. fin. § præterea C. de Iur. dot. quam singularem reputant Angel. & Ias. num. 20. in §. fuerat Inst. De act. & cum ijs Capicc. Decis. 18. num. 2. cum cumulatis à Surd. in Tract. de Aliment. nu. 140. in quæstione 7. & ad hoc faciunt quæ refert per Bald. Io. Lopez. in c. per vestras §. 1. num. 1. De Donat. int. virum, & vxo. † Vt quamuis regulariter fructus ex pi- 2
gnore sortem minuant l. qui dominum C. de Pign. l. 1. & 2. C. de pign. act. latè tradit Fanens. in Tract. de Pign. 5. pri. 5. Memb. n. 199. & seq. † Nullo tamen pacto po- 3
terit compelli Maritus ad eos in sortem dotis computandos, si quos perceperit ex ijs predijs, in hanc causam in pignus acceptis.

Et cum materia Vsurarum non solum pendeat à Cæsareis legibus, sed etiam à Pontificijs Constitutionibus, ideò

ideò ex istis excitabo expræssum textum in c. salubriter 16.De vsur. ex illis l.fin. de dol. mal.& met.except.

Sunt pariter eorũdem ordinum DD.deducendi,ideò videatis Innoc.& Abbat.in d c.salubriter . Bald.Angel. & DD. in l. Diuortio solut. matr. cùm alijs relatis ab Vrsill. ad Aff. Decis. 284. num. 1. & testantem; opinionem hanc esse communem, Didac.Couarr.in 3. var. resol. cap. 1. AVCT.

De ratione non congruunt Scribentes, alij aliam afferendo, & septem potissimum refert Mart. Nauarr. vir oculatissimus, & ob summam integritatem conspicuus in Comment. de Vsur. post nu.64. Quarè fortè non reprobabitur quæ fixas habet radices in campo Naturæ, RATIO.
4 quàm † iura nostra sequentur, vulg. §. minorem natu
5 De Adopt. † Ea siquidem cum primum aliquod viuens in esse deducit, atq; in lucem prodit, statim quoq; gignit id, per quod in vita illud conseruari possit, quemadmodum obseruat subtilissimus Naturę perscrutator Arist. & experientia ipsa docet, statim enim filio nato,
6 vbera Matri lacte abbundant; † mox docuit Iust.accuratissimus Imp.dum in prin. 2. Tit.lib.1.Instit.dixit educationem liberorum à Natura proficisci, qnod quomodo debeat intelligi, latè differit Cordub. in exponenda l. si quis à liberis §. Parens. De liber. agnosc. à num. 1. ferè vsq; ad 20.

7 Cùm ergò † deceat in proposito fœminas esse dotatas, eamq; dotem conseruari l.1.sol.matr. l. vbi adhuc
8 de Iur. dot. † & inseruire oneribus Matrimonij l. Pomponius. famil. ercisc. c. per vestras. De donat. int. vi-
9 rum, & vxor. † Substineri autem onera non possint sine congruo emolumento; ob id iura præsumunt obligatum ad dotem, & non soluentem, ad illud quoq; obligatum haberi, per quod suggeruntur necessaria, & per consequens, dato pignore, pactum quodammodo, vt

S fructus

fructus ex eo percepti vicem præstent; † Non secus, ac promittens Dotem Capellę teneretur ad fructus congruos; si institutus Rector Diuina in ea peregerit; non dũ præstita dote, quod ad id refert Nauar. alleg. Commen. nu. 66. vers. secundo quod qui promittit. 10

ILLAT. Hinc † duo deducũtur obseruanda secũdum Nauar. ibi. nu. 67. Vnum est, quod hoc emolumentũ, siuè interesse infrà limites iusti, & æqui, potest deduci in pactum à Marito, Abb. & Scribent. in d. c. salubriter Dec. Cons. 39. nu. 5. Vrsill. nu. 2. & Couarr. vbi supra Ioa. Baptista Lupus ad c. per vestras De vsur. num. 6. & passim seruat consuetudo. 11

Alterum † non esse reputandum vsurarium statutum nostræ Ciuitatis sub rub. De Alim. Viduæ præstand. quo ordinatur, ab hęredibus Mariti præbenda esse alimenta Viduę quousq; dotem restituant. Nauarr. num. 68. cuius opinio profectò æquior est, & magis expedit Viduis, & Ciuitati, quicquid dicant qui profitentur, talia statuta sapere vsurariam prauitatem: aliquos tamen casus expendit Vrsill. alleg. dec. nu. 6. & seq. 12

EPITOME

Ob moram irregularem debetur interesse correspectiuum, sed ob regularem, etiam cum estimatione quanti plurimi.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Emptor, & Venditor, si morosi sint, tenentur ad interesse, non ad damna, & nu. 2. & seq.*

3 *Ob moram irregularem interesse est correspectiuũ.*

4 *In-*

4 *Interesse correspectiuum consideratur in fructibus.*
5 *Expedit Creditori Debitorem morosum facere.*
6 *Vera mora admittit Vsuras restauratiuas , non Vera tantum recuperatiuas.*
7 *Vsuræ correspectiuæ etiam in dote considerantur.*
8 *Intellectus l. fin. C. de Iur. dot.*
9 *Senis vsuræ dotis sunt quinq; pro centenario.*
10 *Et in dote, & in venditione potest considerari aliquando lucrum cessans, & damnum emergens.*

OBSERVATIO III.

FREQVENTER accidit, vt vel venditor moram faciat in tradendo rem venditam, vel emptor in soluendo precium: Damna autem, quæ ex his dilationibus patimur, resarciuntur nè, vel quale interesse præstatur? † Damna profectò nullo casu reficiuntur: at in vtroq; interesse peti, & consequi potest absq; alia interpellatione ob moram irregularem. OBSER.

2 De † venditore est clarus textus in l. Si sterilis 14. §. si venditor De act. empt. † De emptore in l. curabit 5. in eod. tit. Cod. quæ censura Iuris Pontificij confirmantur, vt docet noster Commentator Accurs. ibi in verbo (Ratio) & in gloss. 1. l. 2. C. de Vsur. Ioa. Andr. Castr. Socin. Purpur. & alij alleg. ab Ant. Gabriell. lib. 3. recept. sensent. tit. De empt. & Vend. Concl. 4. n. 5. LEX.

Propositionem tàm in emptore, quàm in venditore probat Lup. in tract. de vsur. ad l. curabit num. 138. & 156. Castr. & DD. in d. l. curabit, & in d. l. 2. Corn. cons. 195. in 2. & Paris. cons. 76. num. 17. in 4. & faciunt relati à Gabriell. d. concl. 4. AVCT.

4 Sed † aduertendum est, quod ob hãc moram irregu-

 larem

larem, intereſſe eſt correſpectiuũ, vt clarè explicat Lup. in alleg. locis † Vnde debet conſiderari ratione fructuum percipiendorum ex re diſtracta; † ità vt, erit vtilius creditori interpellare debitorem, vt per moram regularem teneatur ad intereſſe, quãtiplurimi Bart. Iaſ. & DD. in l. Vnic. C. de ſent. quę pro eo quod int. prof. Socin. conſ. 156. in 2. Plaut. in l. quod te nu. 29. Si cert. pet. Magon Rot. Luc. Deciſ. 17. & Genu. 194. 5 6

RATIO. Nec † miremini, cum vera mora admittat vſuras, reſtauratiuas, quas appellant, Mora autem non vera tantum recuperatiuas, vt Lup. d. loco §. 7. nu. 146. verſ. Sed aduertendum, &c. 7

Iſte † quoq; correſpectiuæ vſuræ procedunt hodie etiam in dote † Ad eas enim refertur conſtitutio l. fin. C. de Iur. dot. ſecundum Bald. ibi ad §. Præterea nu. 4. dicentem expreſsè, hodie reduci ad intereſſe probabile, quod etiam conſideratur ſecundum conſuetudinem loci † Senis verò præſtantur quinq; pro quolibet centenario, & anno; vel ſecundum ius municipale vbi talià ſtatuta vigerent. 8 ILLAT. 9 10

Sed † hic in dote quoq; vt in alijs ſupra relatis caſibus, fortè poſſet conſiderari effectus lucri ceſſantis, vel damni emergentis, circà quæ creditor debet diligenter obſeruare; & moram deducere per interpellationem, & per omnia remedia opportuna. 11

Finis Primi Libri.

AL-

ALCIBIADIS LVCARINI

PATRICII SENENSIS

OBSERVATIONVM

PRACTICARVM IN ACADEMIA VNITORVM TRACTATARVM

LIBER SECVNDVS.

AD VLTIMAS VOLVNTATES.

ACADEMIA PRIMA.

De Teſtamentis.

EPITOME

Non obſtante promiſsione de Dote reſtituenda Socero, ſoluto matrimonio, facta à Marito, filia poſt mortem patris maritum hæredem inſtituere poteſt.

SVM-

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Refertur dispositio testamentaria.*
2 *Senis Maritus superstes lucratur dimidiã dotis.*
3 *Aquensis tenet, filiam non posse testari de Dote, stante promissione Mariti de ea restituenda Patri, soluto matrimonio.*
4 *Auctor contrà, non obstante pacto, putat, filiam per Testamentum de Dote posse disponere.*
5 *Senis Dos filiarum succedit loco legitimæ.*
6 *Filia, vt disponeret de legitima; ità de Dote disponere potest.*
7 *Promissio de Dote restituenda restringitur ad partem, quàm Maritus non lucratur.*
8 *Ex promissione, facta à Marito, Patri de Dote restituenda, actio consolidatur in filia.*
9 *Hæredes stipulatoris tenentur restituere Viduæ dotem, si recepissent.*
10 *Dos debet transire ad filiam sine onere.*
11 *Altera dimidia Dotis ex statuto debet ad filiam pertinere, licet statutum non disponat expressè.*
12 *Quando dotata liberos habet, seruatur Senis statutum 136. in 2. Distin. & nu. seq.*
13 *Casus, à statuto ommissus, deciditur secundum Iuris Communis decisionem.*
14 *Parentes super Dote filiæ non possunt fideicommissum ordinare.*

OBSER-

OBSERVATIO I.

1 ILLVD nudius tertius fuit nobis in dubium reuocatum à vestro Sperimentato † occasione nobilis nō minus quàm honestæ fœminæ D. N. quæ Maritum dilectissimum hæredem in dimidia Dotis instituit: Vtrum
2 fœmina nullos habens liberos de dimidia Dotis, † quæ non pertinet ad Maritum ex statuto sub Rub. Quę pars lucr. ced. vir. sol. matr. 137. in 2. Dist. stat. Sen. possit testari. eamq; partem, Marito præsertim, relinquere, qui in instrumento Dotis promisit, fortè etiam cum iuramento, Socero in omnem casum Dotem restituere.

3 Vos, ni fallor, † accomodabitis huic facto opinionem Aquensis in l. si post dotem sol. matr. quem etiam refert Cagnol. in l. fin. C. de Pact. num. 100. hoc est, Testamentum non valere existimabitis, cum ex stipulatione, facta cum Patre vxoris defunctæ, appareat Maritus obnoxius ad restituendam hanc partem Agnatis; mortuo Socero; præsertim cū statutum videatur quodammodo eos respicere in parte, Marito non concessa.

Ego tamen partes fœminæ prædefunctę, vel potius OBSER.
4 viuentis Mariti assumens † Senis fœminas hasce, etiam in vltima voluntate, disponere posse, affirmabam, de parte, à statuto viro non concessa, filijs non existentibus.

Huius decisionis fortissimum est fundamentum tex. LEX.
in d. l. Post dotem 41. solut. matr. quatenus Pap. vult stipulationem à Patre factam, nomine filię factam videri.

Paulus de Castro ad cōmuniendam hanc sententiam, AVCT.
mea sententia, probatissimus est testis, dum infortioribus terminis loquitur in l. si cum Dotem, eod. tit. solut. matr. num. 11. cum eum sequuti fuerint Doctores suæ tempestatis insignes.

5 Moueor † quia Senis propter statutum exclusiuum RATIO.
fœminarum dotatarum, Dos succedit loco partis hæreditatis

reditatis paternæ,& in legittimam transfunditur l.quoniam nouella 29. C. de inoff. Test. Socin. Iun. conf.79. num.44.& 87. vol.3. Chassan. de Consuet. Burg. Rub. 7.§. 12.vers. Nè retourne nu. 1. † Ex quo quemadmodum in parte,vel in legitima non prohibetur filia testari; ita nec in dote. † Et licet promissio de dote restituenda Patri facta esset, intelligitur ad mentem iuris, hoc est mandato filiæ, ex d.l. 41. & de portione vltrà illud,quod promittens ex statuto lucratur,iuxtà ea,quę latè tradit Roland. à Vall. De lucro Dot. quæst. 6 7
Quæ † pars vltrà lucrum non per hoc est debita Patri, sed actio ad eam petendum ex d. l. 41. consolidatur in filia † cui etiam tenerentur hęredes stipulatoris remittere, si illam exigissent l. fin. De collat. Dot. per quam Cagnol. d. loco nu. 101. & Bart. Alex. & Ias. precipuè num.89. in d l. Post dotem. † Ità enim transit Dos ad filiam sinè onere, & cum effectu; argumento l. qui volebat De hęred. institut. & eorum, quæ ibi Bart. in quo maximam vim facit Dec. cons. 106. nu. 2. ex Sententia Iacob. de Rauen. Petri de Bellapert. & conciuis nostri subtilissimi, ac in iure Ciuili optimè versati Vbald. de Malauolt. ad l.1.§.videamus de rei vxor.act.& aliorum; vt ibi per eum. 8 9 10

Et ideò † hanc rationem aduertentes, de parte ad Maritum non pertinente,nihil ordinarunt statuentes, si liberos habeant fœminæ, † Si verò habeant, aliud est ordinatum in altero statuto sub rub. Quod mul. habens fil. &c. 136. in eadem Distin. † Quod in quarta parte bonorum dat liberam facultatem fœminis disponendi, tàm per cōtractum, quàm per vltimam volūtatem; † & sic in casibus non comprehensis à statuto, ius commune, prout nempè supra est expositum, obseruabitur, argumento ducto ex d.l. si cum dotem cum alijs vulgatis. 11 12 13 14

Hinc † habemus resolutam difficultatem, excita- 15

tam

tam pauló antè ab Informato hoc est, Num Pater super Dote Filię possit Fideicommissum constituere, nam verè hic Senis, cum, vt plurimum, minores legitima sint Dotes, Fideicommissum non valeret; ità tenet idem Cagn. ibid. n. 102. circà fin. & clarè conclusum est in Concilio Grationop. videte Guid. Pap. Quæst. 613. per totam. ILLAT.

EPITOME

Iuramentum, adhibitum in testamento informi, substinet actum, tanquam ex fideicommisso.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Ex testamento informi non datur locus voluntati disponentis.*
2 *Cautela est in Testamento iurare.*
3 *Stante Iuramento, relicta debentur, tanquam ex Fideicom. & ad ea præstanda legitimi hæredes censentur rogati.*
4 *Iuramentum habet vim clausulæ codicillaris, & omni meliori modo, & similium.*
5 *Clausulæ prædictæ habent vim, vt scripti hæredes censeantur rogati ad exequenda disposita.*
6 *Iuramentum operatur, vt non adhærendum sit scripturæ, si actus non valeret.*
7 *Iuramentum, adiectum in secundo testamento, tollit primum, etiam sine clausula Derogatiua.*

OBSERVATIO II.

EX † testamento informi, Testatoris voluntatem effectum non sortiri, explorati Iuris est l. si vnus. 1
cum vulg. De testam. passim, & sparsim Dom. Capiferr. de num. test. in test. adhib. neq; in vim codicillorum, nisi
OBSER. fuerit dictum Angel. in l. si quis n. 3. C. de codicill. † Medicinam afferet, non leuem Testator, si sacramento il- 2
lud munierit; Eo .n. casu quamuis ex defectu Testium, aliarumuè similium solemnitatum, nullum sit, d. l. si
vnus † scriptis tamen hæredibus, & legatarijs bona à 3
legitimis successoribus præstabuntur, tanquam rogatis ex Fideicommisso restituere.

Pendet ista cautio tota ex l. cum patet 79. §. filius de
LEX. leg. 2. cui similis quoq; est tex. in l. cum quis decedens 35. §. Codicillis de leg. 3.

Ab † ea non dissentit Accurs. in gloss. (Iurisiurandi)
AVCT. in d. §. filius, & in puncto tradit Bart. in l. si quis pro eo. 4
num. 13. de fideiuss. Io. Durant. De Art. Test. Tit. 5. caut. 26. num. 3. Seraph. Conciuis de Priuileg. Iur. Priuil. 97. nu. 10. plures referens nouissimè Illustriss. Card. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 1. tit. 9. nu. 12.

RATIO Est enim † communis resolutio nostrorum Patrum, 5
Iuramentum habere vim clausulę Codicillaris, clausulæ Simon valet vt ago, &c. & clausulæ omni meliori modo, Felin. in cap. cum super de offic. deleg. nu. 9. Seraph. vbi supra, & Priuileg. 98. per totum, cum allegatis per eum, testantem de communi.

Censentur enim † ex istis clausulis rogati successores, 6
ab intestato venientes, hæreditatem per fideicommissum restituere, & adhibita uis actui, vt valeat eo modo, quo possit facilius substineri Afflict. Dec. 69. num. 3. ex communi Bursat. cons. 88. nu. 22. vol. 2. † Ipsumq; iu- 7
ramentum importat, vt, pro validitate actus, nunquam dispo-

disponens censeatur adhæsisse scripturæ, sed omnem aptiorem viam elegisse Gabriell. cons. 144. num. 51. & 55. in secundo.

Quod † iuramentum, DD. volunt, vt adiectum in posteriori testamento, compos sit, quod prius factum erit, tollere; quamuis in posteriori nulla sit clausula derogatoria, vt in puncto tenet idem Durant. prima caut. num. 5. tit. 10. eod. tractat. ILLAT.

EPITOME

Senis dispositio per Testamentum redditur facilior, tum ex statuto sub Rub. De Testam. tum ex alio, quo præcipitur, causas cognosci, sola facti veritate inspecta, quod est, illam quodammodo referre ad terminos Jurisgentium.

SUMMA RERUM SINGULARIUM.

1 *Senis ex statuto facilis redditur dispositio testamentaria, & num. 3.*
Ibiq; testamenta fiunt coram tribus testibus.
2 *Valent statuta, per quæ minuitur numerus Testium in testamentis.*
4 *Senis causæ cognoscuntur summariè, et sola facti veritate inspecta.*
5 *Iudex Senis potest approbare testamentum, ratione solemnitatum, imperfectum.*

 6 *D. Pe-*

6 *D. Petrus Laurentius Fortiguerra Pistor. Eques S. Stephani.*

D. Nicolaus Placidus professor insignis Senis.

7 *Approbatio Testamenti D. Nicolai Placidi, morientis inter testandum.*

8 *Clausula, sola facti veritate inspecta, tollit ambages Iurisciuilis, & redigit ad Iusgen.*

9 *De Iuregent. omnia testamenta, perfectæ voluntatis, obseruantur.*

10 *In testamentis, iuregent. inspecto, probationes verosimiles admittuntur.*

11 *Sufficit Testatori dicere, Hoc est meum testam.*

12 *Testamenta substinentur, etiam ex nuncupatione implicita.*

OBSERVATIO III.

PRæbet † quidem facilem viam Senis disponendi in vltimis Elogijs statutum sub rub. de testam. 147. 1
in 2. Dist. stat. quàmplures solemnitates, iurè communi requisitas, remittens, & prçcipuè numerum testium, requirẽs solos tres, vbi sit testamentũ redactũ in publico instrumento, quatuor verõ in priuata scriptura † Quod posse fieri in terminis tradit Aret. in §. fin. nu. 4. Inst. De 2
Test. Socin. Iun. in cons. 144. nu. 29. & seq. vol. 2. faciunt dicta Iason. in l. 1. De Sacrof. Eccles. cum alijs latè cumulatis à Dom. Capis. in Tract. de Numer. Test. in Test. adhib. pri. par. cap. 22. vbi testatur esse fauorabile, & ampliandum.

OBSER. Sed † fauorabilius, iudicio meo, aliud statutum 3
est sub rub. Quod summar. in caus. & litib. proced. 4.

in

in ead. 2. Dist. † Præcipiens causas in foro à Iudicibus
4 terminari de plano, sine figura iudicij, & sola facti veri-
5 tate inspecta; † Ex quo Iudex, coram quo vertitur
lis de testamento, defectu solemnitatis imperfecto, potest illud approbare.

Argumentum, satis concludens, si qui cuperent, obseruent l. Hac consultissima §. ex imperfecto C. de in off. test. quatenus voluntas attenditur, quamuis deficiant solemnitates, vbi lex ordinat, à qua non distat casus noster, cum ordinet statutum Ciuitatis, quod lex est. LEX.

Clarior est probatio apud consulentes nostros, & alios Scriptores in praxi, cum ità tradat in terminis Decian. cons. 46. num. 86. vol. 2. & per eum Illustriss. Mantic. De coniect. vlt. vol. lib. 2. cap. 14. num. 9. in fin. versicul. Vndè etiam. & faciunt dicta Decij in cons. 11. num. 20. in fin. AVCT.

6 Et † doctissimè (inter alia tamen) Excellentiss. D. Petrus Laurentius Fortiguerra Pistoriensis causarum ciuilium in prima instantia hic Iudex primum, ob eius integritatem, doctrinam, ac ingenuos mores in auditorio hoc Rotæ Senensis mox accitus, in qua tunc tanta cum laude, quanta nunc cum Bononiensium acclamatione in Bononiensi Ius dicit; † obseruauit ad substinendum te-
7 stamentũ Excellentiss. D. Nicolai Placidi Professoris IC. eximij, in ipso actu, testamenti condendi, decedentis, & illud, tanquam perfectum, publicãdum mandauit, quod postmodum etiam Rota confirmauit.

8 Resolutio † tota pendet à vi clausulæ præscriptæ (sola facti veritate inspecta) quę inter alias prærogatiuas, hoc habet proprij, vt relictis Iuriscinilis ambagibus, negocium gestum redigatur ad terminos Iurisgent. Aret. & Ias. nu. 41. in §. In bonæ fidei de Act. cum alijs, quos refert, & sequitur Cacher. Decis. pri. num. 20. &
9 2. num. 10. † De iure autem gentium quæcunq; testamenta, RATIO

menta, quę reperiuntur absq; defectu voluntatis, recipiuntur quantumcunq; destituta alijs solemnitatibus Iuris ciuils d. l. hac consultissima §. ex imperfecto,& ibi DD. tractant in terminis Bart. Ias. & DD. in l. Mulieres C. de Test. Milit. & in auth. Nouissima C. de inoff. test. cum alijs alleg. à Capiferr. in Tract. de num. test. in Test. adhib. pri. par. cap. 2. num. 9. & seq. † & pro illis 10
recipiuntur probationes etiam verosimiles Dec. d. cons. 11. num. 20. in fin.

Ex † alio quoq; specialiter obseruando, fuit per d. 11
ILLAT. D. Petrum Laurentium comprobatum d. Testamentum, nimirum quia Dominus Testator à principio porrigendo, propria manu, Notario, præsentibus testibus, schedulam testamenti implicatam, seù inuolutam (erat enim in ea descripta ordinatio suæ voluntatis) dixit, his proprijs verbis (Hoc est meum testamentum) † Ex 12
quo saltem per nuncupationem implicitam, videtur esse adempta successori legitimo omnis spes succedendi, vt ego potissimum, ante alios Testamenti Patronos, deduxi, ac ponderaui singulariter d. l. hac consultissima in ijs verbis. (Dum tamen testibus præsentibus testator suum esse testamentum dixerit) quę verba, data opera videtur ab Impp. relata ad substinendam hanc d. D. Nicolai voluntatem: Scribentes etiam aliquos ad hoc cumulaui, quos omnes ommitto, sat enim est habere præ manibus Ludouicum Zunt. in pulcherrimo, non minusquàm pleno consilio, quod pro vxore sua conscripsit.



ACA-

ACADEMIA SECVNDA;

De Instituendis, vel exhæredandis liberis; tàm legitimis, quàm naturalibus.

EPITOME

Spurij possunt sub conditione institui, naturales uerò, etiam simpliciter, cum legitimis in parte, ijs non existentibus, etiam in toto.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Non est tutum simpliciter spurios hæredes instituere ei, qui legitimos non habet.*
2 *Spurij possunt institui sub conditione, si à Principe legitimentur.*
3 *Actus consideratur à tempore, in quod confertur.*
4 *Paria sunt, quid facere tempore permisso, vel prohibito, quando confertur in permissum.*
5 *Filij legitimati, et cum legitimis, institui possunt.*
6 *Spurij sũt omninò incapaces hæreditatis paternæ.*
7 *Spurio non sunt bona restituenda in cõscientia, etiã quod promissum esset illius Patri.*
8 *Naturales filij in parte cum legitimis institui possunt, in tota hæreditate, ijs non extantibus.*
9 *Etiam Testamento imperfectò existente.*

OBSER-

OBSERVATIO I.

QVONIAM † sola Iurisciuilis trutina apud securioris censurę Canonistas periculosum esset, 1
fortè, spurijs filijs totam, vel partem hæreditatis relinquere, tutius esse crederem in vtroq; foro, legitimos
OBSER. filios non habenti † instituerę spurium sub conditione 2
(si à Principe fuerit effectus legitimus) valet enim, citrà controuersiam, hoc modo facta institutio.

LEX. Possumus deducere probationem ex tex. l. in tempus 62. de Hęred. inst. probantem ex sua generalitate.

AVCT. Auctores præterea non desunt, nec ex antiquis, neq; ex modernioribus, ideò videantur Accurs. in Gloss. l. 1. de reg. Caton. Bald. in l. 1. nu. 17. de instit. & subst. sub cond. fact. cōmune dicit Ias. in l. Gallus §. instituens num. 2. de lib. & posth. & Clar. in §. Testamentum quęst. 31. num. 17. Didac. Couarr. in Rub. de Sponsal. cap. 8. §. 5. nu. 12. & nouissimè Hieronym. Gabriell. cons. 29. num. 16. & seq. vol. 1.

RATIO Receptum † est enim, actum censeri validum iuxtà 3
tempus, in quod confertur l. si quis hæres de vulg. l. si Sponsus §. si vxor de Donat. int. virum, & vx. per quem pariter in terminis tenet Io. Roias in Epit. success. cap. 24. nu. 5. ostendens expresè per l. si quis instituatur hæres de Hęred. instit. † Paria esse, quid facere tempore 4
permisso, vel prohibito, dummodo conferatur effectus in tempus permissum. † Si enim iste spurius esset legitimatus, dubium non esset, quin posset institui, etiam 5
cum alijs filijs legitimis l. qui in prouincia de rit. nupt. Auth. Pręterea C. De Natur. liber.

ILLAT. Et † Quoniam, dum in eadem conditione manent, 6
qua nati sunt, isti spurij omnino in capaces sunt bonorum paternorum, † ideò credunt quidam, Hęredem 7
scriptum à Patre spurij, nec in interiori Animi iudicio,

teneri

teneri bona spurio restituere, quamuis Testatori fidem de restituenda hæreditate, prestiterit. Didac. in loco, quo
8 supra num. 9. † Reprobatus enim est, & infamis iure canonico huiuscemodi conditionis filius Cordub. in l. si quis à liberis §. idem rescripsit sub num. 49. C. de lib. agnoscend.

9 An † verò sub prędicta conditione ordinata substitutio pupillaris filio naturali substineatur, diù anceps fui, & ad l. moribus 2. de vulg. ex pupill. subst. vltimo loco, licet aliàs aliud statuissem, defendi opinionem affirmatiuam Bart. in q. 11. Habeo filiam, & in d. l. 2. n. 10. quæ communis est, teste Socin. nostro ibid. nu. 58.

EPITOME

Institutus in re certa, vel exhæredatus filius non tenentur ad onera, etiam imposita filio necessitate per statutum.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Senis filij sunt necessarij hæredes Patris, & etiam nullis bonis acceptis tenentur ad onera.*

2 *Cautela pro Patribus decoctis, in testamento adhibenda, ad commodum filiorum.*

3 *Institutus in re certa, vel Clericus, vel Equis, aut pius locus, non possunt conueniri, nisi vsq; ad vires rerum acceptarum, & nu. 6. & 7.*

4 *Institutus in re certa, hærede vniuersali adeunte, est tanquam legatarius.*

V 5 Filius

5 *Filius est honorandus nomine institutionis.*

7 *Clerici, vel equites, aut loci pij, adeundo, possunt conficere inuentarium.*

8 *Exhæredatus non tenetur ad debita Patris.*

9 *Filius, renuncians hæreditati Patris cum Iuramento, non potest à creditoribus Patris conueniri.*

OBSERVATIO II.

VTilissima cautio est hæc, & albo lapillo, vt aiunt, obsignanda à filijs oberati Parentis, præsertim Senis † vbi ex statuto sub rub. de repud. hęredit. patern. 1
vel auit. 173. in 2. Dist. filij non possunt abstinere ab hæreditate, vel eam repudiare, nisi adhibitis quibusdam ceremonijs, parum honestis, citrà quas, etiam nullis paternis bonis acceptis, subiecti sunt hæreditarijs oneribus.

OBSER. Pater † itaq; qui optimè scit quas in ruinas filios 2
suos, moriendo, conijciat; Eos instituat in aliqua re certa, vel certa pecuniæ quantitate, et si quem habeat filium Clericum, aut Equitem Hyerosolimitanum, sin minus alium quemcumq; extraneum, prefatarum conditionum, aut Pium aliquem locum hæredem faciat in vniuerso asse, qui sit accepturus hęreditatem: † Subtra- 3
het profectò illos à periculis, cum nullus ex istis possit à creditoribus conueniri, nisi vsq; dumtaxat ad æstimationem rerum ex testamento perceptarum.

LEX. Collecta fuit hæc cautio à nostro Bart. Socin. ex tex. l. Quoties 13. C. de Hæred. instit. cui confert l. fin. C. de Hæred. act.

AVCT. Eamq; primus tradidit in Commentario ad l. filius, qui patri num. 5. ff. de vulg. & pupill.

RATIO Et, mea sententia, tutissimum est remedium hoc filijs, nè

nè teneantur ad debita Patris, quia ex aditione hæredis vniuerſalis ſubſtinetur teſtamentum §. 1. & quæ ibi tradunt Scribent. de Hæred. quæ ab inteſt. defer.

4 Et † filij inſtituti in re certa aſſumunt quodammodo natnram legatariorum d. l. quoties vbi gloſſ. & DD. Rip. in l. 1. in principio nu. 16. Quor. legat. Pereg. in tract. de fideicomm. Art. 47. nu. 43. & quando, & quibus verbis hanc inſtitutionem fieri contingat, tradit poſt deductos Gomeſ. lib. 1. Var. reſol. cap. 10. Ludou. Molin. in tract. de Iuſt. Diſput. 155. & plenè congerit Illuſtriſs. Tuſch.

5 in Verb. inſtitutus in re certa Concluſ. 232. † Deducti tamen, vt par eſt (nec aliter valeret diſpoſitio) in teſta-

6 mento honorifico nomine inſtitutionis † non per hoc obnoxij oneribus Molin. & cœteri d. loco Verſic. Hoc

7 iacto fundamento. † A quibus non minus eſt exemptus Clericus, Eques, vel Pius locus, quamuis hæredes vniuerſales ſint, cum iuxta formam l. ſcimus C. de iur. delib. & §. ſed noſtra de hæred. qual. & diff. iure communi inſpecto; cum ſtatutis locorum non ſint ſubiecti, poſſint vti beneficio inuentarij, vt Scribent. tradunt in d. l. ſcimus, & in d. §. ſed noſtra. Nact. Con. 565. & 574. Roland. à Vall. conſ. 74. in 2 Cephal. conſ. 392. in 3.

8 Et † quemadmodum hæc pericula docet euitari Socinus iſta artificioſa inſtitutione; ità quoq; è contrà ex- ILLAT.

9 hæredatione † vel renunciatione putat filium liberari, etiam ſtante neceſſitate ordinata ex iure municipali, quo filij ſubijciuntur oneribus Patris, etiam non adita, vel repudiata hæreditate, vt in d. l. filius qui num. 5. & 6. & reperit in l. cum filius nu. 9. de Verb. oblig. referens Bald. in d. l. dotis num. 3. de iur. dot. & ſequitur Stracch. Tit. de decotor. nu. 26. & Menoch. in tractat. præſumpt. lib. 4. Præſumpt. 28. nu. 9. & Mantic. Card. Illuſtriſs. lib. 4. de coniect. vlt. volunt. cap. 12. nu. 16.

EPITOME

Exhæredatio non ignominiosa fit etiam Posthumo, & sine causarum expræssione.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Filio exhæredato sinè expressa causa, testamentum est nullum.*

2 *Exhæredatio non ignominiosa valet sine causæ expræssione.*

3 *In. §. Aliud quoq; Capitulum Auth. Vt cum de appell. cognosc. datur exhæredationis forma.*

4 *Intellectus d. §. Aliud quoq; capitulum.*

5 *Exhæredatio non ignominiosa fieri potest in meris terminis Iuris Digest.*

6 *Posthumus, exhæredatione non ignominiosa, exhæredari potest.*

7 *Item, & filius natus, vbi ex statuto teneatur ad debita Patris, etiamsi repudiauerit hæreditatem.*

8 *Sed tunc secundum quosdam non liberaretur à debitis paternis.*

OBSERVATIO III.

DE † exheredandis liberis illud est satis decantatum, vt causa exhęredationis in testamento testator exprimat, nè citra quærelæ remedium testamentum 1
OBSER. sit nullum Auth. Non licèt C. de lib. Præter. † Eorum 2
etiam opinionem, sum semper, etiam in circularibus disputa-

putationibus, sectatus, qui exhæredationem, quam non notæ causa factam Paulus I.C. in l. Paulus respondit 48. primo de Bon. libert. & ex indè etiam Scribentes, & Vigl. Zuic. inter alios in §. fin. in fin. Inst. De Exhæred. lib. & Thob. in rub. d. Tit. nu. 3. etiam non facta causę ingratitudinis expræssione, valere autumarunt, nec ex hoc vitiatum esse testamentum.

Commodè potest deduci ex tex. vulg. l. Multi non notæ 18. & l. si. Patronus la. 2. §. si quis non mala d. Tit. De liber. & posth. LEX.

Profitentur hanc sententiam, inter alios, is, quem vas legum Azzo appellauit, Bald. in Auth. ex causa C. de lib. præter. num. 23. Scribent. in Auth. licet eod. tit. & Alex. præcipuè num. 2. & Iason. 10. Vigl. vbi supra, & nouissime Illustriss. Card. Mantic. in Tract. de Coniect. vlt. volunt. lib. 4. cap. 12. num. 14. cum alijs latè congestis à Gabriell. in titul. de legat. num. 20. libr. 6. recept. sent. Quorum opinionem defendimus legentes Senis in commentariolo ad d. l. multi non notæ. AVCT.

3 Quęrenti † ob quam causam, Respondi, in textu §. Aliud quoq; capitulum Auth. vt cum de Appell. cognos. in quo datur forma exhęredandi filios cum exprędssione RATIO
4 causæ † Imperatorem non tractare de hac exhęredatione, sed tantum de odiosa, & de ea, quæ à Parentibus fit ad orbandos successione filios, animoq; quodammodo, si non vindictæ, saltem penæ inferendæ, vt in terminis tenet Alex. d. num. 2. Quæ opinio primum fuit Cyni, Imolę, Angeli, & Antiquorum, à quibus non recedunt Recensiores, quorum vnus est spectatæ doctrinę Roder. Suarez. in l. quoniam in prioribus De inoff. Test. in prima limitat. num. 3. ità vt Alex. prędict. in d. l. multi non notę, num. 2. testetur, etiam contrà Bart. ibi, communiter contrarium teneri.
5 † Ex quo sequitur, casum Vlp. in d. l. multi non notę, & in d. l. si Patronus §. si quis non mala

mala regulari secundum iura pandectarum, & Codicis; quod est valere exhęredationem, nulla expræssa cā l. maximum vitium C. de lib. præter. vel saltem nulla ex relatis in d. §. Aliud quoq; cap quod annuit Bald d. n. 23.

ILLAT. Ex † dictis credo, Posthumos in istis terminis, † & 6
Natos quoq; in locis, in quibus viget statutum, filios te- 7
neri ad ęs alienum Patris, quamuis hęreditatem repudiauerint, vel abstinuerint ab ea, posse exhęredari, primum probat Mantic. d. loco num. 15. & seq. secundum Suarez præcitata limit. num. 1.

Sed † fortè in istis terminis non operaretur liberatio- 8
nem filij ab ęre alieno paterno, vt odiosa exhęredatio, ad mentem Baldi in l. Dotis tuæ nu 3. C. de iur dot. quem sequitur Bart. Socin. in l. filius Patri num. 4 ff de vulg. & pupill. substit. faciunt, quæ tradunt Addent. ad Baldum d. loco in vlt. Apostella in verb. Parag. penult. lit. K.

ACADEMIA TERTIA.

De Substitutionibus, tàm directis, quàm obliquis.

EPITOME

Vulgaris substitutio, facta filio, tollit necessitatem adeundi, & remissio solemnitatis statutaria Senis recusationē ignominiosam.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Consilium pro filijs, nè ad paterna debita teneantur.*
2 *Ex statuto 173. Senis repudiatio paternæ hæreditatis*

ditatis sit cum ignominia.

3 *Pater, ad validitatem Testamenti, debet filios instituere.*

4 *Filius ab intestato est Patris successor.*

5 *Confert in hoc remedio plures gradus substitutionum facere, & vltimo loco seruum, vel locum pium instituere,*

Seruus institutus, non tenetur vltrà vires hæredit.

6 *Datio substituti vulgaris facit de necessario voluntarium.*

Pariter tollit suitatem secundum Alexandrum.

8 *Auctor contrà.*

9 *Cautio est expræssè remittere filio necessitatem adeundi, secundum hoc remedium.*

10 *Remittenda quoq; est solemnitas Stat. 173. nè filius cum ignominia recuset.*

11 *Minor ordine Patris, alienat sine Decreto.*

12 *Authenticè resq; C. com. de leg. renunciari potest.*

13 *In hoc remedio abstinendum est à clauf. fideicom.*

14 *Ob fideicommissum hæres compellitur adire.*

OBSERVATIO I.

1 PATRI † iàm penitus perdito, ac decocto, vel potius miserrimo, ac prorsus disperso filio, nè post Parentis obitum, vel cum maximo rerum suarum detrimẽto in carceribus vitam degere cogatur, vel maxima cũ ignominia, & ciuilitate, ac existimatione priuetur, vltrà dicta superiori Academia secundo loco; Consilium erit opti-

optimum, & salutare, si prudens Aduocatus curet in Testamēto Patris filio dari substitutum vulgarem aliquem, qui sit accepturus hæreditatem, & pro omni securitate, si fortè non adiretur hæreditas, remitti filio omnem necessitatem adeundi, & obseruandi solemnitates statutarias, si aliquę sint inductæ, † vt Senis ex statuto sub rub. de Repud. hæred. 173. in 2. distin. ignominiosæ sanè, & ingenuo viro indignæ. Quod vt clarius pateat, plenius explicabitur. 2

OBSER. Ordinet † ergò Iurisperitus; vt pater iste validum, & efficax condat Testamentum, filios sibi hęredes instituendo l. inter cętera 30. De iniust. rupt. test. §. 1. inst. de exhęred. liber. † Mox etiam vt det ijsdem substitutum vulgarem, qui cum posset fortè non adire hæreditatem, ex quo ab intestato filij essent futuri hæredes §. 1. inst. de hæred. quæ ab int. defer. † Plures faciat substitutos, vt saltem vnus reperiatur, qui velit succedere, & in subsidium, vltimo loco, vel Seruum, vel Clericum, vel Hospitale, vel alium pium locum substituat, qui tutò possit adire, nec vltrà vires hęreditatis opprimatur. 3 4 5

LEX. Fundamenta huius cautionis sunt collocanda in l. Iam dubitari 86. ff. de hæred. instit. & non leuiter faciunt l. 1. §. si proponatur ff. si quis ommiss. caus. test. & l. fin. de cond. institut.

AVCT. Sunt quoq; sita in his, quæ tradunt Bart. Bal. & Scrib. in l. si filius hæres de lib. & posthum. Gomes. facit lib. 1. Variar. resol. cap. 1. num. 15. vers. sed his non obstant. Io. Guter. in §. sui autem inst. de hęred. qual. & diff. nu. 50. & Minsing. in princip. de vulg. subst. num. 12. lib. 2. instit. nec prętermittendus est Durant. de Art. testand. tit. 5. caut. 2.

RATIO Ratio desumitur ex alleg. Doctoribus, & præsertim ex Minsing. cui addo etiam Rip. in l. hæredes mei de vulg. & pupill. nu. 179. cum clarè constet ex ijs † Dationem 6

vulgaris

vulgaris substituti efficere filium de necessario hæredem voluntarium, ob textum in l. si filius de lib. & posthum. Confert † etiam communis illa Decisio, de qua testatur
7 Alex. in d. l. si filius hæres. Fernand. Vasq. De success. creat. §. 21. num. 183. & 187. Gomes. d. nu. 15. & Guter. d. §. sui autem num. 49. Tolli nempè suitatem eadem
8 Datione substituti vulgaris. † Quamuis nos contrariũ sequuti simus in gloss. (Necessarium) de vulg. subst. in princ. auctoritate Gomes. d. num. 50. Vasq. d. loco nu. 184. & Minsing. vbi sup. nu. 13. vltrà Bald. Angel. Rom. Bened. de Plumb. Cuman. & alios antiquiores, rationibus à præfatis adductis.
9 Sed † ad tollendas omnes controuersias, fiet à Testatore expressa remissio necessitatis huiusmodi adeundę hæreditatis, nè quauis machinatione possint compelli filij adire, quod vltrà prædicta probat. l. verba. 12. de cond. institut. & l. Cornelius 69. De Hæred. institut.
10 Et † quod rem, maximamq; continet, remittat apertè omnem solemnitatem, ac ordinationem d. statuti, & quamcumq; aliam ignominiosam paternę, vel à vitę (ad fauorem quoq; Nepotis poterit hæc cautio adhiberi) hęreditatis repudiationem, vel renunciationem, quod videtur permissum ex Socin. in l. filius, qui Patr. num. 5.
11 & seq. de vulg. & pupill. † cum etiam in simili Pater remittere possit solemnitates de iure communi requisitas, in alienatione bonorum Minoris l. 3. C. quando Decret. op. nõ est. tradit Simoncell. in Tract. de Decret.
12 lib. 2. cap. 7. num. 108. & seq. † Et quilibet extraneus beneficiũ auth. Res. quæ C. comm. de legat. vt latè tradunt Petros à Petra, & Peregrin. in Tract. De fideicom. Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis l. fin. De Pact. conuent. Men. cons. 152. num. 6. in 2. cum qua longè mitius agere solemus l. Celsus de Arbitr. & licèt aliqui credant solemnitates statutarias remitti non posse

per testatorem, eorum tamen opinionem non crederem procedere, quando solemnitates ad fauorem Testatoris essent inductę, vel quādo posset dici, inficere bonos mores, vel saltem aliquo modo lędere statum, vt in casu, quem præ manibus habemus Bald. Ias. & cœteri excitati à Chassan. de Consf.Burg. rub. 4. §. 20. in gloss. Desceindre num. 8.

ILLAT. Cauendum tamen est in Testamento, vt supra ordinato, nè adijciatur Clausula Codicillaris, quæ de more solet interponi à Notarijs, vel alia, quę Fideicommiss. portendat; cum tunc ex communi sententia, teste Vasq; d. §. 21. num. 193. & 204. & facit Durant. d. Tract. tit. . . caut. 2. necessitas non remittatur,† quippè cum substitutus; si voluerit spernere vulgarem aditionem; ob fideicommissum poterit compellere filios adire vulg. l. quia poterat 4. & l. ità tamen 27. §. qui rogatus cū vulg. ad Trebell. quàmuis ad onera Patris iubeūda non noceret, cum institutus adeat periculo substituti ex dd. Iuribus, proderit saltem cautio ad redimendā vexationem. 13 14

EPITOME

Seruo, vel Monacho effecto hærede, ignorante Testatore, datur concursus inter substitutum, & Dominum, vel Monasterum.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Instituti, & substituti admittuntur ad hæreditatem, ordine successiuo.*

2 *Datur tamen inter eos concursus quando testator errauit*

errauit in persona primi hæredis.

3 *Instituto seruo pro libero, concurrit cum Domino substitutus.*

4 *Ratione dubij datur iste concursus.*

5 *In dubijs est media via eligenda.*

6 *Concursus iste datur, etiam si primus institutus esset effectus Monachus, & admittitur Monasterium.*

7 *Propter dubium iuris, in quauis controuersia licet Iudici diuisione vti.*

OBSERVATIO II.

1 NOTVM † est cuicumq; ordine successiuo, admitti ad hæreditatem Institutos, & substitutos heredes Vlp. lib. 6. ad Sabin. in l. 3. de acq. hæred. † Ad-
2 misit tamen concursum inter eos siuè Tiberius Cæsar, siuè D. Pius, quicumq; fuerit, vt legitur in l. & hoc 41. ff. de hered. instit. quando errauit Testator in persona primi heredis, credens liberum hominem, & Patrem familias sibi heredem facere, cum tamen seruum alienum instituisset, eidemq; vulgariter, vt dicitur, substi-
3 tuisset; † In hac enim hypothesi concurrunt in hæreditate Dominus instituti serui, & substitutus, sitq; inter eos hæreditatis in partes æquales scissio. OBSER.

Duo loca habemus pro hoc lucul&etilde;tissima Alterũ Iuli. I. C. in l. si pater famil. 40. d. tit. de hered. instit. alterũ Iust. in §. fin. de vulg. subst. LEX.

In hoc §. fin. potissimum tradunt omnes Scrib. & præcipuè Theophil. & Aretin. post eos Franciscus Conna. lib. 10. Comm. Iurisciuil. cap. 7. num. 5. latius cœteris AVCT.

alter Franc. Duar. nempè in tit. de vulg. & pupill. cap. 10. in versic. Excipiuntur quidam casus.

RATIO Quod † si quidam sint, qui magis Principis auctoritate, quàm aliqua vera ratione putent id esse sancitum, videant Io. Fab. in d. §. fin. & post eum Aretin. & cœteros, ostendentes id factum esse, cum rationes essent, & fundamenta, non leuia, tam pro instituto, quàm pro substituto, nec, quę potentiora essent, possit diiudicari, 4

Ex † quo mediam viam eligi voluerunt, argum. textus in l. Titius, vbi Alex. ff. ad Trebell. Petr. Anch. cons. 210. cum alijs alleg. nouissimè à Tesaur. in Decis. 89. num. 1. & in proprijs terminis vltimarum voluntatum, subtilius quàm cœteri, more suo perpendes, noster Alex. Turam. nunc in prima Sede Neapolitanę Academiæ Iura ciuilia docens, ad l. non puto de Iur. Fisc. in 3. part. quęst. 1. num. 15. & seq. 5

ILLAT. Diuisionem hanc † dum interpretati sumus d. §. fin. in patrio Gymnasio, extendimus etiam ad casus, in quibus, ex parte instituti, aliquis fauor specialis intercederet, puta in ijs, qui Religionem ingressi sunt, testatore ignorante; dato enim substituto, crederem diuidi debere pro dimidia inter Monasterium, & substitutum, quod videtur sentire Fab. num. 3. in fin. ibi, & clarius Vigl. nu. 4. Aret. verò nu 7. ibidem fauet omninò Monasterio. 6

Et † ratione Iuris dubij, etiam in quauis controuersia, non dedeceret, mediantè diuisione, Iudicem dirimere quæstionem, vt in facto dubio fieri posse est demonstratum Dec. cons. 445. num. 3. Honded. cons. 8. in fin. Odd. cons. 45. in fin. cum alijs excitatis à Tesaur. d. Decis. 89. & à Brog. Decis. 23. nu. 15. in 3. par. 7

EPITO-

EPITOME

Impuberi emancipato potest Pater in testamento per indirectum, ex consilio Cascellij, & Trebatij prouidere.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Non permittitur vna uia, quod alia est prohibitũ.*
2 *Per indirectum fit, quod directè aliquando est prohibitum.*
3 *Pater impuberi emancipato non potest directò substituere per pupillarem.*
5 *Ad substituendum directò impuberi emancipato emanauit Consilium Labeonis, Offilij, Cascellij, & Trebatij, & num. seq.*
6 *Conciliatio l. cum ex Filio de vulg. cum l. quoniam in prioribus C. de Inoff. Test.*
7 *Castrensis, & Aretinus consulendo diffident,*
8 *Parentes, filijs dissipantibus, possunt in legitima prouidere.*
9 *Onus ad commodum onerati valet.*

OBSERVATIO III.

1 QVAMVIS † regula sit cap. cum quid de reg. Iur. Alia via haud permitti, quod vna prohibe-
2 tur, † conceditur tamen aliquando per indirectum
3 quod directè est prohibitum. † Pater habet filium impuberem

puberem emancipatum, & est certum, quod ei non potest hęredem directè constituere vulg. l. 2. de vulg. & pupill. Iust. in §. 1. de pupill. subst. † si tamen voluerit in 4
his, quæ ei reliquerit, hęredem quoq; comparare, vtatur consilio Labeonis, Offilij, Cascellij, & Trebatij, quod
refert Iabol. in l. cum ex filio 39. d. tit. de vulg. † Hoc 5
OBSER. est, directò substituat quem vult hæredem filij, eumq; per fideicommissum roget, vt hæreditatem filio emancipato restituat, cum in suam tutelam venerit; Tunc .n. si filius adhuc impubes moriatur, cum non sit adimpleta conditio fideicommissi, hęreditas pertinebit ad scriptum hæredem; si verò fiat pubes, paterna hæreditate fruetur.

LEX. Est hoc consilium pręfatorum Patrum relatum à Iabol. in d. l. cum ex filio 39. ff. de vulg. & pupill. subst. 6

AVCT. Mox receptum à Bart. Castr. & alijs in d. l. 39. quibus addo. Lud. Suarez in l. quoniam in prioribus C. de Inoff. testam. limit. 1. sub. num. 4.

RATIO Quin, & ipse Bart. in allegat. loco num. 2. rationem perpendit, dum quęrit, an illa lex, 39. ex l. quoniam in prioribus, reddatur nulla hodierno iure, & consilium ibi relatum ab Iaboleno frustratorium: ostendit .n. quantumuis legitimam portionem contineat, merum tamen
commodum, & fauorem filij impuberis respicere, cum 7
habeat, hac via, quodammodo hæredem, quod etiam d. num. 4. admittit quoq; idem Suarez.

Id † iudicio meo, dirimit discrimen, quod est in con-
ILLAT. sulendo inter duo Iuris nostri propugnacula Paulum, 8
nempè à Castro, & Franciscum de Aretio; quorum vnus in cons. 77. num. 2. prim. vol. probat, Parentes, etiam infrà limites legitimæ, posse filijs prodigis, inexpertis, & parum versatis, aut fortè etiam impuberibus, prohibere alienationem, durante impedimento; Alter verò in cons. 19. prorsus il negat. Sed verè cum huiusceмodi prohibitio tendat ad commodum prohibiti, debet

omni-

omninò substineri l. si ità relictum de leg. 2. l. in fideicommissi §. cum Pollidius de Vsur. l. Titio centum ord. 70. De cond. & dem. & consuluit pro hac parte Petr. de Anch. cōs. 440. &, post longam rationum discussionem, concludit pariter ad fauorem Castrensis Suarez d. loco præcipuè nu. 8. Videte quoq; Pereg. de Fid. art. 36. nu. 66. & seq. & cogitate.

EPITOME

Hærede repudiante, non potest Fideicommissarius vniuersalis capere propria auctoritate fideicommissum, licet secus sit in particulari.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Responsio ad petitionem Sitibundi, & nu. 3.*

2 *Primo hærede non adeunte, admittitur secundus. Item legatarij, & fideicomm. particulares.*

4 *Fideicomm. vniuersalis non gaudet priuilegijs, concessis legatarijs, & Fid. particularibus.*

5 *Legatarij, & Fideicom. particulares non possunt cogere hæredem adire.*

6 *Fideicomm. vniuersalis cogit hæredem adire.*

7 *Legata, & Fideicomm. sunt æxequata antiquo, & nouo iure.*

8 *Non obstante exæquatione, multæ adhuc supersunt differentiæ inter legata, & fideicom.*

9 *Fideicommissa nutu fiunt, non legata.*

10 *Non*

10 *Non datur legatum vniuersale, sicuti fideicom.*
11 *In Gymnasio Senen. Professores concursu litterario Cathedras obtinent.*

OBSERVATIO IV.

CVPIT † Sitibundus vester ex angusto ingenioli nostri fonte, ad explendam sitim, haurire veritatem in illa controuersia, An fideicommissarius vniuersalis 1 gaudeat ijsdem priuilegijs; circà testamenta eorum, qui fortè, cum falcidiam prohibuerint, scripti hæredes detrectarunt adire hæreditatem; quibus gaudent legatarij, & particulares fideicommissarij; † eo enim casu substituti secundi hȩredes, legatarij, & fideicommissarij particulares admittuntur, & Testamentum illud valet, 2 quamuis hȩres primus non adiuerit hæreditatem §. sed cum expræssim §. si quis autem, & §. si verò nullus Auth. De hæred. & Falcid. quod maxima exaggerat acclamatione Bart. in l. nemo potest in 4. opposit. num. 5. de leg. pri. ab omnibus communiter receptus, vt ibi testatur Io. Annibal. num. 206. Alc. num. 31. & Crot. num. 33. & tradit quoq; Roman. in Consf. 71. nu. 5.

OBSER. Pulcra † quidem dubitatio, & Iuuene nobili, ac erudito non indigna; in ea tamen enodanda, & voluntati illius, & veritatis expræssioni me satisfacturum confido; 3 si dicam, † Fidecommissarium vniuersalem non gaudere priuilegijs prȩdictis.

LEX. Quod puto probatum in d. §. sed cum expressim De 4 heræd. & Falcid. cum ibi, secundum Scribentes, agatur tantum de Fideicommissarijs particularibus, & per consequens non extendendus, quia quod lex non dicit, nec nos dicere debemus Iurib. vulgat.

AVCT. Hoc ipsum defendit Iacob. de Beluis. in d. Auth. de hȩred. & Falcid. §. Hinc nobis Bald. in l. filium, quem ha-

habentem C. famil. Ercisc. nu. 41. & alij relati à Guter. in d.l.nemo potest num. 314. & Bologn.num.117. quorum auctoritatem sequuti sumus, & nos, dilucidando Auditoribus nostris d. l. Nemo potest.

5 Differentię † ratio deducitur ex alleg. Doctoribus, & præcipuè ex Crot.& Guter.Non.n. lex concessit legatarijs,vel fideicommissarijs particularibus, vt possint cogere hæredem scriptum adire l. si quis ommissa ff. si quis ommiss. caus. Testam. & ideò succurrit ijs, vt possint plenè alio remedio sibi satisfacere † Verum quoniam RATIO

6 vniuersali fideicommissario est consultum, vt possit cogere hæredem l. quia poterat, Ad Trebell. §. Restituta de Fid. hęred. non ęget his priuilegijs, & si via, sibi concessa, non vtatur, sibi debet imputare.

7 Nec † obijciatis exæquationem factam tum antiquo iure, à Vlp. relatam in l. 1. de leg. 1. tum iure nouo ab Iustin. Imper. per l. 2. & 3. Comm. de leg. † quoniam præterquam quod multæ adhuc supersunt differentiæ inter legata, & Fideicommissa, vt latè Alex. Turam. in Paradox. Disput. legat. & fideicom. cap. 3. & 4. conatur demonstrare, inter qua s illa est præcipua † Vt fideicom.

8 nutu fiant, non legata l. nutu de leg. 3. In hoc potissimum exæquatio fieri minimè poterat, cum desideretur

9 terminus ad quem. † Legata enim vniuersalia, sicuti Fideicomm. asserere dari falsum est, secundum communem Senensium Scolam, abundè probatam à Turam. alleg. loco cap. 2. num. 10. & seq. † Et nos vtrumq;

10 pronunciatum defendimus informidabili illo discrimine concursus, facti, iuxtà nouissimam Gymnasij reformationem cum eruditissimis nostri Collegij Doctoribus, ex quo deindè summa Dei Trini Vnius, ac Deiparæ Virginis gratia, ad Ius publicè interpretandum à Serenifs. Dom. D. Ferdinando Mediceo Magno Etruiæ Duce Domino nostro benignissimè reuocati fruimus.

ACADEMIA QVARTA:

De Fauorabili Fideicommisso, ratione Coniunctionis.

Affectu filiorum præsumitur reciproca substitutio, & solum in vltimo moriente verificari conditionem, ad fauorem Fideicommissarij.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Refertur factum.*
2 *An successio deferatur ad fideicommissarium morte cuiusq; filiarum, an post vltimam morientem, quasi reciprocè sint substitutæ.*
3 *Defenditur substitutus.*
4 *Auctor contrà, defendit filias.*
5 *Conclusio contrà substitutum.*
6 *Filij præferendi sunt extraneis.*
7 *Voluntas in Fideicommissis spectatur.*
8 *Reciproca substitutio inter filios facta præsumitur, stante pupillari in vno.*
9 *Etiam quod esset sub conditione si sine liberis etc.*

OBSERVATIO I.

TESTATOR † instituit filias, quas, non existentibus Marculis, superstites re.iquit, & forsan si sine 1

sine Filijs decederent, substituit ijs extraneum.

2 Controuertebatur † vtrum successio pertineret ad substitutum ex morte cuiuscumq; ex Filiabus; an verò esset inter illas inducta reciproca substitutio, ità vt alia ad successionem alterius vocaretur, nec locus esset substituto, nisi adimpleta conditione in ea, quæ post cœteras, nouissimo loco, suos compleret dies † Excel-
3 lentiss. Dominus N. motus ex Papin. 9. resp. in l.Pater filium ad leg. Falcid. & ex Scęuol. 25. Digest. in l.Lucius 78. §. Caio ad Trebell. partes substituti tuebatur, nec inductam reciprocam substitutionem asserebat.

Confirmabat opinionem suam ex Imol. & Alex. in l. qui duos de vulg. quibus addebat Ias. in cons. 142 vol. 2. Socin. cons. 104. lib. 3. & Rip. latè differentem in l. Hæredes mei §. cum ità num. 14. ad Trebell. qui locus est sedes, huius quæstionis.

4 Nos † contrà, non admitti fideicommissarium, nisi impleta conditione in vltima moriente ex filiabus. OBSER.

Credimus ità responsum ab ijsdem Iureconsultiss. à Papin. nempè lib. 1. Definit. à Scæuola 18. Digest. in d. l. qui duos 42. De vulg. & pupill. & in l. Codicillis 34. de Vsuf. legat. LEX.

Nec nobis quoq; desunt Auctoritates, & quidem grauissimorum, quorum in primis, tanquam Antesignani, sunt Socin. Sen. & Castrens. quos refert, & sequitur Rip. ibidem num. 27. Socin. Iun. pariter in d. §. cum ità n. 24. Ias. cons. 33. in prin. & Bellon. cons. 82 n. 4. & seq. AUCT.

5 Sed † demum, post non breuem discussionem, manus dedit, & efflagitanti ab eo consilium respondit contrà substitutum. Posuit falcem ad radicem, cum agatur de excludendo substituto extraneo in fauorem filiarum testatoris, quas excludi cum voluisse, non est pręsu-
6 mendum l. pen. C. de Impuber. & alijs substit. † filij enim semper prælati censentur l. cum acutissimi in fin. RATIO

De fideicomm. † Quæ voluntas in fideicommissis semper respici debet l. quoniam indignum C. de testam. & 7
ex hac, & leges adductæ decidunt, & Scribentes relati concludunt.

ILLAT. Ratio, † superius à nobis relata, viget in fortiori casu,
proposito à Paul. de Castr. in d. §. Caio num. 3. deducto à 8
Socin. in d. §. cum ità nu. 71. puta, si Testator ex dd. Filiabus vni ordinasset substitutum pupillarem extraneũ illium, cui reliquit fideicommissum, tunc enim mortua Pupilla, succederent aliæ sorores, eo excluso. † Et mul.
tò fortius, stante conditione, si decesserit sine liberis, per 9
ea, quę tradit Ripa in d. §. cum ità num. 118. & seq.

EPITOME

Facto Monacho, Hærede rogato sub conconditione (si decesserit sinè liberis) succedit post annum probationis Monasterium, nisi sit substituta persona dilecta.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Rogatus restituere (si sine liberis decesserit) transfert in Monasteriũ, dum Religionem ingreditur.*
2 *Si in præfata substitutione esset scriptus aliquis ex liberis, præfertur Monasterio.*
3 *Et pro hac opinione in praxi iudicatur.*
4 *Testator, moriente hærede sine filijs, interrogatus quem vellet admitti, resp. Monasterium.*
5 *Præsumptio est magis pro coniuncto.*

6 Affe-

6 *Affectus naturalis superat præsumptum à lege.*
7 *Monasterium non succedit, nisi post annum probationis.*

OBSERVATIO II.

1 IN † eius quoq; testamento, qui rogauit hęredem alteri restituere, sub illa vulg. clauſ. (ſi deceſſerit ſine liberis) facto Monacho hærede, Monaſterium ſolet admitti §. ſed & hoc præſenti Auth. De Sanctiſs. epiſc. & eſt in Auth. Niſi rogati C. Ad Trebell. Illuſtriſs. Card. Mant. lib. 11. De coniect. vlt. vol. tit. 7. in princ. & nu. 7.

2 Verum † ſi Teſtator in ſubſtitutione comprehendiſſet aliquem ex liberis, vel perſonam aliquam, valdè dilectam, penitus excluderetur Monaſterium, & hæreditas deuolueretur ad Filium, vel nepotem, aut ſimilem ſubſtitutum. OBSER.

Ex duobus vtriuſq; Iuris locis poteſt liquidò deſumi huiuſcemodi reſolutio: ex cæſareo à l. Lucius 85. de hęr. inſtit. ex Pontificio à c. fin. 17. q. 4. LEX.

Et clarè eam profitentur Accur. noſter in l. ſi quis ad declinandam de Epiſc. & Cleric. Socin. Sen. in l. cum AVCT.
3 Auus num. 42. de condit. & demonſtr. † Bald. verò in Conſil. 196. vol. pri. in fin. aſſerit in contradictorio iudicio pro ſubſtituto obtinuiſſe, quod etiam teſtatur Socin. allegatus cum alijs à d. Mantic. præcitato loco n. 13.

4 Quando † enim Monaſterium admittitur, ex eo profectò admittitur, quia lex præſumit Teſtatorem piè adeò dilexiſſe Monaſterium, vt ſi ab eo fuiſſet petitum, RATIO
Nunquid, moriente hærede ſine liberis, vellet Monaſterium admitti, vtiq; reſpondiſſet, admittendum: vt in d. Auth. Niſi rogati. tenent Caſtrenſ. & alij, quos refert, &
5 ſequitur præd. Illuſtriſs. Card. d. loco. n. 8. † At quando

do volumus excludi Monasterium à substituto ex liberis, propter affectionem filiationis, & sanguinis coniunctionem, credere est, Testatorem magis diligere coniunctum, cui est abstrictus arctiori vinculo necessitudinis, quæ habet sitas radices in fundamentis naturalibus. Affectus † enim iste naturalis, vt obseruat Bald. in cap. in pręsentia num. 10. in fin. de Probat. longè superat affectum, lege pręsumptum, de quo supra, & ideo admittitur ille coniunctus, Monasterio prorsus excluso, vt Mant. obseruat d. nu. 13. 6

ELAT. Tamen † illud verum est, dum Monasterium succedit, iuxtà prædicta, non esse omni spe destitutum extraneum substitutum, nisi completo anno probationis, quo elapso verè succedit Monasterium, antea enim hæres dici non potest absolutè ingressus Religionem, quippè cũ reuocabilis sit eius voluntas, Auth. Ingressi, & ibi tradũt Scribentes C. De Sacros. Eccles. & Mantic. ibid. nu. 11. 7

ACADEMIA QVINTA.

De bonorum, restitutioni subiectorum, alienatione.

EPITOME

Bona, prohibita alienari, si commodam nõ patiantur diuisionem, alienantur, onere in pretio, vel re ex illo empta remanente: nisi ob necessitatem vel in dotem, vel in alimenta conuertatur.

SVM-

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Exponitur factum præsentis obſeruationis.*
2 *Datur cautio circà illud.*
3 *Laudatur Doctor Hieronymus Beneuolentus.*
4 *Alienari poteſt res, ſubiecta reſtitutioni, quando in re non poteſt conſeruari fideicommiſſum.*
5 *Neceſſitas nulla lege abſtringitur.*
6 *Bona Fideicommiſſaria pro Dote alienari poſſunt.*
7 *Item, & pro alimentis.*
8 *Item & pro redimendis captiuis.*

OBSERVATIO I.

VEHEMENTER torquemur aliquãdo, dum ob aliquam neceſſitatem prẹmimur, nec ad eam ſubleuandam licet nobis vti commodo eorum bonorum, quæ, nè alienentur, ſaltem tacitè, qui nobis ea reliquerunt, in eorum elogijs prohibuerunt, quod Fideicommiſsum vulgus appellare ſolet.

Sed quoniam nullum malum adeò perniciosum eſt,
1 cui medicina aliqua commodè non queat adhiberi † In Fideicommiſſo ordinato à S. L. in bonis ſibi à Parente relictis, cum onere reſtituẽdi Fratribus, ſi contingeret, vt verè accidit, eũ decedere ſinè liberis, & ob id non poterat ſubſtineri, niſi in legitima, ad eum ſpectante, nec non in Trebellianica, reliquum ſibi vindicantibus Fratribus, & nepote ex paternaq;, & auita diſpoſitione reſpectiuè.
2 Conſului † vt venderentur bona, quæ commodam diuiſionem non admittebant, cum conſenſu omnium (ad maiorem cautionem) quorum intererat, & vnicuiq;

debita

debita pecunię parte tradita; quę precium erat dd. quartarum, conuerteretur in emptionem aliorum bonorum, eodem onere fideicommissi ijs adiecto, ad mentem d.S. L. & interim ad hunc effectum deponeretur apud aliquem idoneum Campsorem, quo peracto, non dubito, quin bona disponentis possint ab emptore tutè retineri.

LEX. Credo enim id sufficienter probari ex l. cum in fundo 81. de Iur. dot. in §. si fundus. & ex l.1. de fund. dotal.

AVCT. Accursius quoq; perbellè facit vtrobiq; & Bar. in d.l. pri. Et licet loquantur in dote, vel in fundo dotali, non dubitaui tamen transferre ob simbolum, & similitudinem ad hunc casum: † Pro quo, remedium, & comprobantem, & laudantem commemoro Dominum Hieronymum Beneuolentum, virum clarissimum, atq; Excellentissimum, & ità in iure nostro versatum; vt non solum ex nostra Ciuitate omnes, sed etiam ex vniuersis Italiæ partibus multi ad intelligendos subobscuros legum sensus ad eũ conuolare soleant. In puncto tñ postmodũ reperi Pereg. de fid. art. 42. n. 67. p Rim. cõs. 483. & 562. 3

Et si de ratione quæreretur † Responderem id permitti ex necessitate, inducta ex iusta diuisione, atq; legitima, ob quam in illis quartis non poterat seruari fideicommissum. † Necessitas enim nullius abstringitur legis vinculis l.1.C. de oper. lib. l. 2. de offic. Consul. cum vulg. Venditio ergò legitimè facta dicetur, & absq; rescissionis periculo bona translata in emptorem, fideicommisso conseruato in pecunia, & bonis, ex illa emendis c. factum legitimè de reg. in 6. Pereg. d. nu. 67. 4 RATIO 5

ILLAT. Permittitur † tamen aliquando rem alienari prohibitam, distrahi, etiam non translato onere in pecunia, vel bonis alijs, quod contingit nedum in dotis constitutione, vt supra lib. 1. Academia 4. Obseruat. 1. per Auth. Res. quæ C. comm. de leg. & alia ibi relata, ab vndè est destmonstratum, † Ac alimentorum occasione 6 7

sione, vt ibid. n. 7. & probant Bart. & Castr. in d. Auth. res,quæ,Euerard.in Cent.loc. 71.nu. 12. affirmans id ex communi nostrorum traditione recipi, quod post eum refert Hier.Gabriell.in cons.157.nu.18.vol. 2.& Pereg.
9 d.art.42.num.47. † Sed etiam pro redimendis filijs ab ea captiuitate, in qua sine eorum culpa inciderunt, idem Bart. in d. Auth.res,quæ, Marzar. in Epit. Fid.quæst.39. Capra cons. 92. cum alijs add. per Pereg. d. art. 42. nu. 90. & seq.

EPITOME

Alienata re fideicommissaria, bonafide, non spoliatur possessor, nisi in subsidium: sicuti non priuatur emphitheusi cessans à solutione Canonis, nec feudo, per vim auferens Arcem à Domino, quando possit esse probabilis ignorantia.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Alienatio rei fideicommissariæ, facta ab ignorante, valet.*
2 *Hæres rogatus, vendendo, bonafidæ, tenetur fideicōmiss. dare pecuniã, veniente casu restitutionis.*
3 *Rogatus, ob res venditas, tenetur non solum ad precium acceptum, sed ad iustam æstimationem.*
4 *Fideicommiß. grauato existente non soluendo, potest auocare rem à Poßeßore, etiam bonafide.*

5 *Emens bonafide, suspicione non est notandus.*
6 *Non dicitur peccare, qui ex probabili ignorantia errat.*
7 *Scientia fideicommissi quomodo probetur.*
8 *Non priuatur feudo, qui arcem à Domino aufert, ignorans esse feudalem.*
9 *Non cadit, qui ignoranter non soluit Canonem.*
10 *Ignorantia probatur iuramento, & nu. 6.*

OBSERVATIO II.

ALIENANTVR aliquando, etiam citrà inuestitionem, vt vulgò dicitur, bona restitutioni subiecta, & transferuntur tutè in possessores, qui; hærede
OBSER. rogato pecuniam fideicommissario tradere valente; à rei præstatione liberantur † fit autem hoc quando hęres ignarus fideicommissi, bona subiecta restitutioni alteri, pariter ignaro, cõcedit fortè in emptionem † Tunc, mortuo rogato, vel alio modo purificato fideicommisso, possessor non est bonis priuandus, hæres tamen rogati tenetur fideicommissario pecuniam, quam ex bonis recepit, refundere. 1 2

LEX. Hæc est pulcherrima resolutio, & omninò conseruanda memoriæ, quam Compilatores varijs in locis retulerunt, & pręsertim in l. fin. §. fin. De leg. 2. in l. quidam 25. §. fin. ad Trebell. & in l. Sticho 36. de Vsuf. leg.

AVCT. Tradit Accur. & Bart. post eum in d. l. fin. Alex. Socin. & Scrib. in l. Marcellus ad Trebell. Io. Vaud. lib. 1. Var. quæst. quęst. 46. circà fin. vers. sed & si iusta. & alij relati à Pereg. de fideicomm. artic 40. nu. 38. de communi testatur, tum Tesaur. Decis. 151. num. 12. tum Hieron. Gabriell. cons. 44. num. 9. in 2. † Asserens vlterius roga- 3
tum,

tum, vel eius hæredem, nè dum teneri ad iustum precium receptum ab emptore, sed etiam ad veram rei æstimationem, quod tamen plenius differit Pereg. d.lo-
4 co vers. Dubium est. † In facto verò, pro quo consuluit, Gabriell. quoniam rogatus, vel eius hæres non erant soluendo, concedit, Fideicommissarium posse à possessore rem fideicommissariam recuperare, ob specialem rationem paupertatis Grauati, aut eius hęredis.

5 Petamus † rationem à Bald. in Auth. Res, quæ C. comm. de leg. num. 1. in prim. not. dum conciliat illum textum cum §. fin. d. l. fin. de leg. 2. Asserit enim id accidere propter ignorantiam contrahentium, ex qua nullus ex ijs, & pręsertim possessor bonorum, suspicione malę fidei est notandus, quod etiam sentit Gabriell. cons. 93.
6 num. 18. vol. 2. & Pereg. alleg. num. 38. & seq. † Non enim peccat, qui ex probabili ignorantia in errores aliquos prolabitur cap. 2. de cognat. spirit. c. excell. & c. seq. 11. q. 3. Gabriell. cons. 119. in primo: Scientia autem fideicommissi quomodo probetur tractat Marcell. Cala in Tract. de mod. articul. & prob. in gloss. vnic. §. 2. num. 541. post Cacher. Decis. 73 nu. 5. & seq. RATIO

Ob † id libentius Vaudij, quam receptam senten-
7 tiam comprobarem in controuersia inter Dominum, & Vasallum, dum ipse Vasallus vim intulit, & expugnauit eam Arcem, quā Dominus Feudi, eo prorsus inscio, retinebat, quod munitur auctoritate textus in cap. 1. post princ. De Noua Form. Fidelit. & in c. 1. Qualit. Iur. deb. Vasall. Domin. Fidelit. & satis plenè comprobat opinionem suam Vaud. d. quæst. 46. pro qua etiam faciunt tradita à Gabriell. d. cons. 119. num. 1. ILLAT.

Reperio † etiam quod emphiteuta inscius non cadit
8 ab emphiteusi, si credens rem allodialem, tempore constituto, canonem non soluerit Anchar. cons. 114. nu. 5. Marsil. in Rub. De Probat. num. 124. Cala d. Tract. in

d. Gloss. num. 1580. Corbul. in tract. ex quib. caus. quis cad. ab emph. in caus. non solut. can. † De qua ignorantia standum est iuramento deficientis à solutione, vt per Anch. d. n. 5. & Grat. resp. 79. in pri. & 151. in 2. tenet, & alios allegat Cala d. nu. 1580. 9

ACADEMIA SEXTA.

De Portione legitima.

EPITOME

Parentibus, non valentibus filio impuberi in legitima per Fideicommissum substituere, permissum est grauare in ea successores legitimos Pupilli.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Leges dant morientibus liberam disponendi facult.*
2 *Patres possunt per pupillarem substituere filijs, etiam in legitima.*
3 *Patres, per Fideicommissum substituendo, non possunt pupillos granare in legitima.*
4 *Pater, vt fideicommittendo comprahendat etiam legitimam, grauet successores ab intestato ipsius pupilli, & num. 9.*
5 *Secundum istam cautelam Dinus obtinuit.*

6 *Suc-*

6 *Successoribus filij non est debita legitima, vt filio.*

7 *Pater non substituendo pupillariter filio, videtur vocare eius successores, qui ab intestato illi succedunt.*

8 *Hoc Fideicomm. à Matre fieri non potest.*

10 *Hæc cautela, vt valeat, nominatim sunt grauandi venientes ab intestato.*

OBSERVATIO I.

1 IVRA † quamuis profusè concedant liberam facultatem disponendi Testatoribus l. 1. De Sacrosanc. Eccles. §. Disponat Auth. de Nupt. cum concordanti-
2 bus. † Aliquando tamen, fortè in his, quæ minus habent momenti, eam restringunt, atq; coharctant. Concedũt, si quidem, Parentibus liberis impuberibus, etiam in ea parte, quam ipsa quodammodo Natura ijs reseruauit, directò quoq; substituere l. ex tribus 26. C. De
3 Inoff. Testam. † Interdicunt autem id per Fideicomm. fieri, vt facit textus in l. cum Patronus 28. & in l. cum Pater 79. §. Titio, à contrario de leg. 2. expresse pariter est dictum ab Accurs. in vulg. l. quoniam in prioribus, eo. tit. de inoff. test. in Scholio fin. communiter, vt par est, à cœteris Scribentibus approbato, teste Ludou. Suarez ibid. in pri. lim. num. 13. circa med.

4 Non † tamen ex hoc est omnis via ad fideicommissum ordinandum Parentibus præclusa, Quamobrem Pater, vt fideicommissum seruetur, non filium, sed eius successores legitimos roget, vt mortuo filio impubere, restituant cui velit, hæreditatem suam. OBSER.

In vulgaribus Pandectis legitur in l. si Titio (quæ incipit in Pisanis, Iulianus, & est pars præced. legis, hoc est l. LEX.

si fun-

si fundus 94.) 95.in ord.tit. de leg. pri. in §. sicuti,conferunt etiam tex. in l. 96. eod. tit. & tex.in l.1. §. sciendum de leg. 3.

AVCT. A stipulari videtur qui nobis frequẽter pręsto est, doctiss. Comm. Accurs. in d.l. 1. quem sequuntur Bart. Bal. & alij in d. §. sicuti. † Cyn post longam discussionem in l. ex tribus alleg. refert, Dinum maximę auctoritatis virum ità semper iudicare solitum fuisse: ex communi sententia, etiam in fortioribus terminis, tradit Suarez nèdum excitato num. 13. sed etiam sub num. 20. & multos cumulat Ant. Gabriell. lib. 6. recept. sent. Tit. de legit. num. 34. in 8. limit. concl. pri. quibus possumus addere Socin. Sen. cons. 116. in 1. versicul. sexto, & vlt. & Anch. 3
cons. 27. num. 3. & 4.

RATIO Ratio † secundum Cynum alleg. loco, quem refert, & sequitur Suarez ibid. num. 16. est, quia illi successores legitimi non habent ex necessitate hanc portionem legitimam, quemadmodum habent filij, sed ex voluntate mera testatoris. † Qui cum posset substituere pupillariter filio suo, & non substituit, videtur ex voluntate ex- 4
pressa relinquere hæreditatem successoribus filij, ab intestato venientibus d. l. 1. §. sciendum, & ideò potest iure optimo eos ad libitum grauare, & onus fideicommissi, 5
etiam in portione legitima, imponere l. ab eo C. de fideicomm. facit idem Accurs. in d. §. sicuti in gloss. fin. & expressè sequitur Paul. de Castr. in d. l. ex tribus num. 3. versic. Aut relinquitur tale fideicommissum.

ILLAT. Duo † puto esse cauenda circà hoc fideicommissum: Primum à Matre fieri minime posse, quippè quæ filios 6
non habet in potestate, & per hoc nec facultatem ijs substituendi per pupillarem substitutionem l. 2. cum materia de vulg. & pupill. Socin. iun. cons. 125. nu. 12. vol. 1. & pro hoc videatis alleg. Suarez d. loco nu. 17.

Alterum † ad tollendas difficultates inter nostros, 7
circà

circà modum componendi præd. fideicommissum, est vt
7 ordinetur nominatim à venientibus ab intestatò, vt notat Bart. in l. cohæredi §. quod si nu. 2 de vulg & pupill. & Addent. ad Bald in d l. ex tribus in verbo (detrahatur) † Semper tamen expirabit pubertate ipsius filij,
8 Castr. in d. l. ex tribus num. 3. versic. Aut relinquit tale fideicommissum.

EPITOME

9

Legitima non publicatur, nec patitur computationem, si quid Pater soluit pro condennatione filij, vel pro eo, ab hostibus redimendo.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Boni oderunt peccare virtutis amore, non formidine pœnæ.*
2 *Pro delicto à filiofamil. commisso, nullum ius habet Fiscus in bonis patris.*
3 *Filio exbannito, Fiscus non succedit in alimentis.*
4 *Viuente Patre non consideratur legitima, nec potest à filio peti.*
5 *Si Pater omnia venderet, vel poijceret, filius de legitima non potest conqueri.*
6 *Legitima Patroni non consideratur nisi post mortem liberti.*
7 *Si Pater omnia, quæ habebat, ludo ammisit, reuocabit*

cabit filius vsq; ad legitimam, sibi debitam.

8 *Pater soluendo pro filio condennato, vel liberando eum ab hostibus, non computat in legitimam.*

9 *Filius succedit in legitima, patre viuo, stante statuto, quod ordinet publicari legitimam.*

10 *Et tale statutum valet ex communi.*

OBSERVATIO II.

HOMINES † abstinere à delictis, nè summam illam Dei Maiestatem offendant, & magis virtutis amore allectos, quàm vllius pœnę metu, mihi persuadeo, ex quo non credidero, relaxare habenas licentiæ, si dicam † Fiscum, pro delictis, à filijs famil. commissis, ius vllum non habere, nec ad pœnam, nec ad publicationem, in legitima, etiam Parentis morte sequuta, sicuti † nec ius vllum habet in alimentis debitis ipsi filio ex bonis Patris. 1 2 3

OBSER.

LEX. Facta attestatio de legitima potest probari ex l. 1. §. si impubere ff de collat. bon. maximè iuncta l. 3. C. De bon. proscript.

AVCT. Fulciuerunt hanc sententiam Comm. Accurs. in Scolio ad l. si emancipata C. de Iur. & fact. ignor. Bart. in d. §. si impubere. Specul. in tit. De exequut. sentent. §. sequitur videre, versicul. Quid si filius Ias. in Auth. Nouissima C. de inoff. test. num. 3. Gomes. cap. fin. nu. 1. par. 3. Variar. resol. Guter. in §. siti autem de Hæred. qualit. & diferét. n. 94. & vltrà Didac. Couar. cum suis alleg. Ant. de Padill. testatus de communi in d. l. si emancipata nu. 33. & nouissimè Brog. in tract. de vsuf. mul. leg. nu. 238.

RATIO Satis † liquet, ratio, ni fallor, Certum est enim hanc portionem, quam legitimam dicunt, Patre viuente, non 4

esse

esse in consideratione, nec minus debitam filio, aut ius vllum ad eam habere, dicitur enim tantum quasi debita l. fin. §. pen. De Curat. Furios. l. cum quæritur, & ibi Auth. nouissima C. de inoff. test. gloss. in d. l. si emancipata, vbi Ant. de Padill. num. 32. & seq. Ant. Cordub. in l. si quis à liberis §. item rescripsit num. 16. de lib. agnosc.

5 Et † per hoc non licèt filijs eam acceptare, spreta hereditate, Bartol. in l. quia poterat ad Trebell. & Padill. ex

6 communi d. loco nu. 35. † Quibus stantibus, constat Fiscum non posse prætendere, cum ad bona futura non possit aspirare l. eius, qui §. 1. De testam. l. si mandauero §. is cui ff. Mand. Padill. d. loco nu. 34.

7 Hinc † constat, quod si Pater omnia venderet, ac fortè etiã turpiter dilapidaret, vel in Mari, vt ità loquar, proijceret, filij non possent conqueri, post alios Cordub. d. l. si quis à liberis §. Item Iudex n. 19. & Chass. de Consuet. Burgand. rub. 3. §. 2. tit. de tresquaie nu. 4. 5. limit. ILLAT.

8 Si † tamen in ludo Pater omnia perderet, si non esset infamis, aut legibus damnatus, auderem dicere, me reuocaturum filiorum legitimam, Bald. in l. 1 C. si in Fraud. Patro. vbi addentes refert, & sequitur Chassan. d. loco num. 5. præsertim in 2. limit. Paris de Put. in tract. de Lud. n. 52. Thomm. Act. in tract. de Lud. Scacch. quęst. 11. n. 50. Io. Bapt. Caccialup. in tract. de lud. quæst. 17. n. 81. & ommissis alijs, quos, consulendo aliàs pro Conciuie nostro, qui Romæ plusquam 70. millia aureorum ludo ammisit, latius congessimus, excito Vrsill. ad Afflict. Decis. 86. sub num. 5.

9 Si autem † Pater spontè solueret Fisco, & condennationem pro delicto, à filio commisso, præstaret, vel eum captum, ac retentum ab hostibus redimeret, in legitimam nullo modo computaret, nec in partem Bart. in l. Sticchus in fin. ff. de Pecul. legat. & Ias. post eum in allegat. Auth. nouissima nu. 7.

A a Nisi

Nisi † fortè ordinatum esset per statutum Accurs. in 10
rub. de Decret.Decur. lib.10. communiter approbatus, teste Ias. alleg. loco num. 8. † Vbi post longam discus- 11
sionem, huiusmodi statutum valere, ex receptiori sententia, demonstrat: huius quoq; sententiæ fuit Angel.in l.si qua nu.1.De his, qui sui sunt, vel alien.iur. & alij, quos excitat Chassan.d.loco num. 5. in 5. limit. Padilla alleg. loco num.3.& seq.

ACADEMIA SEPTIMA.

De Legatis.

EPITOME

Nupta cum tribus millibus potest petere supplementum legati, non minusquàm Ecclesia, si minorem viuens Testator dedisset dotem, quàm in testamento ordinasset.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Explicatur factum.*

2 *Filia, cui sunt 4000. relicta pro Dote, si à Patre viuo fuit cum 3000. nupta, potest supplementum petere.*

3 *Legatum, factum cum taxatione, non minuitur per adiectionem causæ.*

4 *Ca-*

4 *Cappella, si minorem dotem recepit à Testatore vi-uo, ab hæredibus petit supplementum.*

OBSERVATIO I.

1 PATERFAMIL. † cum scriptum sit; Dispone domui tuę, quia morieris; Testamentum fecit,& filię, quam habebat ætate nubili,(institutis masculis,quod est satis ex statutis Italiæ) legauit (puta) quatuor millia,ad hoc, vt ex ijs commodè, & honestè, secundum dignitatem familiæ suæ, posset nubere: Verum deindè antequam moreretur,reperto nobili honesto viro,qui dignus esset acciri in Generum, filiam suam prædictam in vxorem illi dedit,& dotis nomine ex conuentione Triamillia numerauit: Mox, Patre mortuo,cum legeretur in testamento legatum quatuormillium, filia, & eius vir petierunt ab hæredibus saltem sibi dari mille, quæ reliqua sunt, ad complendum legatum, collatione dotis facta.

2 Scribentes † in l. lucius la 1. de leg. 2. discrepant in resolutione facti propositi, magis recepta conclusio est, filiam, saltem pro residuo, esse audiendam. OBSER.

Est decisum,mea sententia,ex rescripto Alex.Imp.in l. LEX. filia legatorum 11. De legat. ibi Si ea,quæ in testamento reliquisset, viuus Pater postea in dotem dederit: In hac specie non est datum,quod in testamento est relictum, ex quo non parum proficiemus hæredi, compensando, quod pro dote datum fuit.

Huius opinionis primum reperio Dinum in d.l.lucius, AVCT. à quo non discrepat Bart. secundum Couarr. in c. offitij num.10.de test. qui pariter idem tuetur cum alijs relatis nouissimè à Fab. de Ann.cons.91. post.nu.14.par. 1.

3 Regula † communis est formalis ratio,nam legatum, RATIO factum cum taxatione, non minuitur per adiectionem

causæ l. creditor ff. mand.l. lucius de Adimend. legat.

ILLAT. Per quam regulam † Iacobin. in d.l.filię legatum n. 4
5.dicit,idem seruari debere in dote,constituta Cappellę, si maior deindè reperiatur relicta in testamento, vt per c. cum sicut De consec. Ecclesf.vel alt. tenet Couarr.

EPITOME

In restitutione Fideicōmissi cadunt etiam prælegata, facta generaliter, vel collectiuis verbis, præsertim antè constitutionem fideicommissi.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Prælegata, verbis generalibus facta, sunt subiecta restitutioni.*
2 *De Prælegato, simpliciter facto, an transeat in Fideicommissarium, distinguitur.*
3 *Prælegatum, post fideicommissum factum, non venit iu restitutione fideicommiss.*
4 *Prælegatum, antè Fideicommissum factum, restituitur cum fideicommisso.*
5 *Dispositio non refertur ad non dum gesta.*
6 *Hæreditas, nomine prælegati relicta, venit restituenda in fideicommisso.*
7 *Secus in pupillari substitutione.*
8 *Filius spræta hæreditate, non habet prælegatum, quando continet maiorem partem hæreditatis.*

OB-

OBSERVATIO II.

1 De Prelegatis quoq; hoc loci agendo, illud sciatis. † Nullam esse dubitationem, quin prælegata sint subiecta restitutioni, si fuerint ordinata verbis generalibus,& collectiuis l. cum virum,& ibi Ias. & DD. C. de fideicomm. l. Marcellus 4. §. quidam liberis ff. ad Trebell. tractat Boer. quæst. 28.

2 Controuertitur † tamen, quando factum est fideicommissum simpliciter, nec generalibus, nec collectiuis verbis, quo casu pro decisione sic distinguitur.

3 Aut † testator primò statuit hæredem restituere debere,& mox prælegauit: † Aut verò primò prelegauit, OBSER.
4 postea heredem de restituendo onerauit; primo casu, Prelegata restitui minimè debent: secundò casu, contrà, cum hæreditate enim prælegata quoq; restituentur.

Primum caput verificatur in l. Titium ad l. Falcid. secundum in l. Titius de legat. 3. LEX.

In vnà, & altera lege Comm. Accurs. vtrunq; probat respectiuè, nec nō in d.l.cū virum, in Scholio, super verbo(esse)& in scholio magno, Post eum Boer. vbi sup. n. 8. & Alex. testatus de communi in cons. 25. col. fin. vol. 1. Villalob. num. 121. Bellacomb. num. 70. & M. Cherion. num. 120. in tit. de fideicomm. lib. 6. recept. sent. mihi volum. 2. AVCT.

Ratio † potest deduci ex dispositione l. in lege, Ad RATIO
5 leg. Falcid. & l. in lege 77. De contr. empt. quatenus dispositio nullo modo potest referri ad illud, quod non dum est in esse tempore dispositionis, nam verè quando factum fuit Fideicommissum, si nil de prælegato scriptum erat, restitutio in eo non operabitur, si verò erat scriptum, eamdem cum hereditate fortunam sortietur: quod est ex mente Accursij in d. gloss. (esse).

6 Sed † quando Pater, diuisa hæreditate, vnicuiq; ex ILLAT.
filijs

filijs partem assignaret, licet indistinctè restituantur; nulla facta distinctione, an prius, vel posterius scripta sint, ex facta diligenti obseruatione à nostro Bartolomeo Socin. ad reg. 303. † Non propter hoc veniunt in pupillari substitutione l. Sextilium de leg. 3. confert quod refert Donat. à Fin. in tit. de legat. n. 82. d. 2. vol. recept. sentent. nisi secundum terminos, relatos à Rip. in l. hæredes mei, de vulg. & pupill. num. 178. † Nec minus, repudiata hęreditate, peti possunt, idem Socin. in limit. ad reg. 156. quem refert, & sequitur idem Donat. à Fin. allegat. loco num. 80. 7 8

ACADEMIA OCTAVA:

De Vsufructu legato.

EPITOME

Filius ex Vsufructu, Matri relicto, non restricto, secundum mentem Bulgari, ad alimenta, deducit legitimam, quæ, nec voluntaria, patitur onus.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Bulgarus Vsumfructum omnium bonorum taxauit ad alimenta.*

2 *Senis Ius municipale dat formam legato vsusfructus, relicto vxori.*

3 *Ex*

3 *Ex facto à Patre generali legato Vsusfructus, filij tàm in proprietate, quàm in fructibus deducunt legitimam.*

4 *Secundum hanc opinionem iudicatur in Senatu Pedemontano.*

5 *Pater nullum onus, nec quo ad fructus, potest ponere in legitima filiorum.*

6 *In legitima, nec causale commodum, ponitur.*

7 *Senis filiæ debet acquiescere doti, à Patre ordinatæ.*

8 *Pater, nec in legitima voluntaria, debet onus imponere.*

OBSERVATIO I.

1 CVM ordinatio Vsusfructus in vltimis voluntatibus frequentissima sit, eam studio, & attentione vestra dignam judicaui † Et in vsufructu generali omnium bonorum à Patrefamil. extantibus liberis, cuicunq; relicto, etiam vxori; quando, non redigitur ad alimenta, in quibus terminis consuluit Decis. Cons. 118. num. 1.
2 Lud. Gozad cons. 47. & Grat. resp. 117. par. 2. contrà consuetudinem Bulgari, de quà plenè nouissimè Illustris.
3 Mantic. lib. 9. cap. 7. De Conie. vlt. volunt. † Quam est amplexa constitutio nostrę Ciuitatis in stat. sub rub. 116 De Vsufruct. vxor. leg. in 2. dist Statutorum † Pro filijs, orbatis commodo fructuum, obseruandum est, Eos posse sibi retinere legitimam, tùm in portione debita proprietatis, tùm etiam in vsufructu, illud enim generale relictũ in vsufructu, redigitur ad partem extrà legitimã. OBSER.

Ad vnguem id probat locus Imper. Iust. in Auth de Trien. & semiss. in §. Prohibemus. LEX.

Cor-

AVCT. Corroboratur ex ſententia Accurſij in ſecundo Scholio ad l. omnium 35.ff.de vſuf. cui accedit Pariſ.conſ:96 in fin.vol.2.Plot.conſ.166.num.80. inter conſilia vltim. volunt.vbi etiam Matth. de Aduocat.par. 2. conſ. 74. & ante hos Bart. in l.vxori meæ, de vſuf. legat. nu.3. Quid plures? commune prædicat inter alios Socin. in conſ. 107.nu.7. vol.1.quem refert, & comprobat Teſs. Deciſ. Pedem.137.nu.3. Qui pariter in Deciſ.184.num. 9. refert ità iudicatum in Senatu.

RATIO Fundamenta † autem huius opinionis ſunt in ea ratione, Patrem vllum onus non poſſe imponere in legitima filijs debita, nec quo ad vſumfructum, vt in terminis probat textus in Auth.Nouiſſima C.de inoff.teſt.per quē Bald. in l. fin.C.de Indict.vid.toll.nu.9.Vaſq; in d.Auth. nouiſſima, Gomeſ.lib.1.Var.reſol.cap.11. nu. 26. plures numerans, & nouiſſimè Brogn.Caual.in tract.de vſuf.vx. legat.num.31.& 96. verſic. Quo ad hæredem, cum alijs adduct. à Teſſaur. in d'd. Deciſion. 137.& 184. † Ideò nec in ea cauſale commodum recipiunt Doctores, vt tradit Ruin. in conſil 194 nu. 7. vol.2. 4 5

Secundum relata, ſuperioribus diebus reſpondi in contingentia facti hæreditatis quinquaginta millium aureorum, vel circà, ad fruendum relictę liberè vxori, refragantibus à principio tribus ex noſtri Collegij eruditiſs. Patribus, ſequentibus M. Anton. Cuccher. in Tractat. de legit.& Zuccard.in conſ.59.par.1.profitentes, legitimam in ſola proprietate conſeruari; qui poſtmodum in hanc ipſam ſententiam diſceſſerunt.

ILLAT. Et † ob præfatam rationem eſt reſolutum quoq; de legitima voluntaria, prout facilè contingere poteſt Senis, vbi ex ſtatuto ſub rub. de dot conſtit.fœmin. excl. à ſucceſſ. per maſcul. 161. in 2. diſtinct. ſtatutorum, per quod filiæ, à Parentibus dotatę, portione ſibi pro dote ordinatæ debent eſſe contentę: † Nam pater in hac ipſa 6 7

por-

portione dotali non potest filię onus imponere, & impositum reijcitur, vt resolutè concludit, tanquam singulare ex sententia Salic. Bald. Ias. & aliorum in l. quoniam in prioribus C. de inoff. test. Gomes. lib. 1. Var. resolut. tit. 11. num. 28. & tangit Bald: Nouell. de dot. par. 6. Priuil. 49. in fin.

EPITOME

Fundo vni legato, alteri Vsufructu, datur concursus; quod non facilè contingit cum hærede, cuius Jus in solo onere potest consistere.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Proponitur factum.*
2 *Accomodatur Decisio.*
3 *Decisio l. si alij de Vsufruct.*
4 *Fructus sunt pars fundi, & num. 6.*
5 *Fundus propriè non dicitur, demptis fructibus.*
6 *Nō dat fundū qui nō dat iusfructuū percipiēdorū*
7 *Inter legatarium fundi, & vsusfructus datur concursus in vsufructu.*
8 *An detur concursus in fructibus inter legatarium vsusfructus omnium bonorum, & hæredem.*
9 *Auctor non dat concursum inter legatarium, & hæredem, nisi instituantur sub certa formula.*
10 *Hæreditas etiam in sola proprietate stare potest.*

Bb 11 Hæ-

10 Hæreditas potest consistere in solo onere.
11 Inter vsumfructuarium, & proprietarium ex declaratione Iudicis, non datur concursus.

OBSERVATIO II.

TESTATOR † legauit Sempronio Fundum Tusculanum; Seio verò eiusdem Fundi Tusculani Vsumfructum; Quis non dicet Seium, dum uiuit, habiturum omnes fructus, Sempronium verò interim solius proprietatis esse Dominum, Seio verò mortuo, plenum, & integrum Ius in fundo, etiam quoad fructus, consequuturum? † Sed toto Cœlo erraret, vt .n. contineatur infrà Iustitię Cancellos, Sempronio quidem primum totam proprietatem cōcedere debet: Sed in vsufructu admittere concursum inter legatarios, Pars enim dimidia Seio, altera dimidia cum propietate Sempronio danda. 1 2

OBSER.

LEX. Hæc † fuit singularis Decisio Modest. I.C. in lib. singul. de Neuremat. (quam esse menti tenendam meminit Barbat. ad Bart.) relata à Compilatoribus in Tit. de Vsufr. legat. in l. 19. incipienti, Si alij lib. 33. Pandect. & repetita sub Iulia. IC. in l. si tibi decem 6. De Vsuf. earum rerum, quæ vsu consum. in §. Nam si fundus. 3

AVCT. Ità quoq; sentit Bart. in d. l. si alij Castr. Cons. 223. vol. 2. Paris. cons. 97. n. 11. & seq. vol. 2. Ludou. Gozzad. cons. 47. nu. 2. & melius nu. 12 Durant. de Art. Testand. tit 6. Cautel. 24. Gomes. tit. De Seruit. nu. 5. par. 2. Var. resol. & Villalob. & Vezzin. in commun. tit. de Vsufr. legat. num. 47. in 2. vol.

RATIO In † inuestiganda autem ratione necessarium est supponere, fructus, & Vsumfructum ità se habere ad fundum, eiq; ità esse annexum, vt pars ad totum † ità vt verè, & propriè fundus sine eo fundi nomine non merea- 4 5

tur

tur appellari: in terminis Iulian.I. C. in l. qui vsumfru-
6 ctum 58. de verb. oblig. † verè enim reputantur pars
fundi l. fructus de rei vendic. Mantic. de Coniect. lib. 9.
cap.3.num.6. Quo stante,non potest dici Sempronium
verè Fundum Tuschulanum ab hęrede consequi, nisi ius
7 percipiendorum fructuum ei quoq; tradatur: † Sed
quoniam in eodem vsufructu habet coadiunctum So-
cium, nempè Seium ex iudicio Testatoris, quo casu ex
vulg.Iuris decisione, res legata inter legatarios scinditur
pro virili l. re coniuncti de leg.3. §.si eadem de leg. §.si
plures de Hæred. instit. Bart. & Scribent. in d. l. re con-
iuncti; meritò dimidiatum vsumfructum consequetur
cum integra proprietate.

8 Sunt † tamen quidam, qui volunt,hæc quoq; lo-
cum sibi vendicare inter hęredem, & legatarium vsus- ILLAT.
fructus omnium bonorum, inter quos est Bald. in l. fin.
C. de Indic. vid.toll. num.9. vers. Caue tibi, & cum eo
Alex. cons. 56. Perspectis verbis Testamenti. volum. 4.
Gomes.d.num.5.& Brogn.in tract. de vsuf. mul. leg. nu.
68. Quod ego (pace eorum sit dictum) non admitte-
rem, nisi fortè Testator in instituendo hęrede, vsus esset
hac clausula (instituo hęredem in omnibus bonis pleno
iure) vel simili, vt Brogn.ibid. & Surd. de Alim. Tit. 2.
q.15.nu.108.& seq.& confirmor cum Baldus reprehen-
datur à Paul.de Cast. in cons.218. vol. pri. approbato à
9 Gozzad.d.cons. 47.in eodem nu. 12. † Et eorum ratio
efficax est, Cum hæreditas,nè dum sinè vsufructu,sed si-
ne proprietate quoq; stare possit l. hæreditas De pet.
hęred. cum vulg. & in solis oneribus l.nihil aliud de reg.
Iur.fundus aūt nequaquam sinè vsufructu,vt est dictum.

10 Sequar † tamen libentius Bald.tradentem in l.In cō-
mune C.Com. diuid.in fin. ex Iudicis Decreto concursū
non dari, qn̄ nempè sentētia Iudicis vnus vsufructuarius,
alter proprietatis dominus in eadem re, essent declarati

EPITOME

Pater commoditatem, quam habet ex vsu fructu, relicto filio, etiam, eo mortuo, frui debet, nisi sit relictus mera filij contemplatione.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Seruitus seruitutis non datur.*
2 *Pater capiēs ex testō, non est vsufruct. relictorū filij.*
3 *Vsusfructus filiofamil. relictus quæritur patri.*
4 *Relicto vsusfructu filio, fit concursus cum Patre.*
5 *Mortuo Patre, vsusfructus non consolidatur cum proprietate, sed cum titulo, & ad filium pertinet.*
6 *An ius hoc in Patre sit vsusfructus, vel quædam commoditas, dissentiunt Scribentes.*
7 *An per filij mortem extinguatur vsusfructus in dannum patris, controuersum est.*
8 *Quando dicatur vsusfructus relictus contemplatione filij.*
9 *Vsusfructus, contemplatione filij relictus, extinguitur eius morte.*
10 *Quando dicatur vsusfructus filio relictus, Patris contemplatione.*
11 *Vsusfructus relictus filio Patris, intuitu, durat in Patre, etiam mortuo filio.*
12 *Quando est dubium cuius intuitu sit relictus vsusfructus, per mortem ultimi morietis extinguitur.*

13 Vsus-

13 *Vsusfructus vsufructuarij morte estinguitur.*
14 *Beneficium, et pensio extinguitur morte possidentis.*
15 *Vsusfructus radicatus in patre, ab eo qualificatur.*
16 *Vsuf. serui cõsideratur à Domino, qui cũ alienauit.*
17 *Monachus, effectus Prælatus, non portat secum bona, quæ iam Monasterio quæsiuerat.*
18 *Filio vsufruct. etiam post Patris casum, fruitur,*
19 *In dubijs media via eligitur.*
20 *Salomon propter dubium iudicauit rem litigiosam scindi.*
1 *In dubio possunt compelli litigantes transigere.*

OBSERVATIO II.

RELICTO filiofamil. vsufructu, vel generali omnium bonorum, vel particulari alicuius Fundi,
1 vel cuiusuis alterius rei, fructum dantis, † licet seruitus seruitutem non admittat l. 1. de vsufruct. legat.
2 Accurs. & DD. in l. cum antiquis de vsufruct. † Si non sit in eodem testamento onoratus aliquo relicto Pater, vt post Bartol. & alios recenset Surd. de Alimen. tit. 2.
3 quæst. 15. num. 22. † Illi quoq; nihilominus quęriur l. fin. C. de vsufruct. vbi Bald. num. 8. & alij Scribent. Io. Vaud. lib. 1. Var. quæst. quęst. 11. & nouissimè plures cumulans Brogn. in tract. de vsuf. mulier. relict. nu. 179.
4 Fit † enim isto casu concursus inter Patrem, & Filium, Filius quo ad Titulum, Pater quo ad effectũ, vsufructua-
5 rij sunt. † In Patre durat dum ipse viuit, post reuertetur ad suam primeuam originem, nempè ad filium, nec eo viuente, consolidatur cum proprietate, vt post Bald. tradit Salicet. in d. l. fin. quos deindè refert; & sequtiur Ludouic. Suares in disput. quęst. Maiorat. n. 12. latè differens

rens quomodo hoc possit procedere. † An vero in Patre verè sit vsusfructus, vel commoditas, non pertinet ad præsentem inuestigationem, videatur Brogn. d. nu. 179. ver. Vndè potest ex prædictis. Franc. decis. 10. & Maluag. conf. 22. vltrà ea, quæ dicit d. Suares alleg. loco. 6

OBSER. His † stantibus, An per mortem filij, Patre adhuc viuo, extinguatur vsusfructus, vel nè, ardua est, ac difficilis resolutio, teste Castrensi in d. l. fin. ego tamen talem adhiberem distinctionem. † Aut vsusfructus est relictus contemplatione filij, quod fit quando maior est familiaritas cum filio, quàm cum Patre, vel cum de meritis ipsius agitur, vel de amore, quo eum prosequebatur Testator, fiat mentio, vel quando (si relinquatur fœminæ) apposita sit conditio, quousq; castè vixerit, vel vidua permanserit, vel alia simili, vt docet Castr. in d. l. fin. in fin. & Brogn. d. tract. num. 184. † & hoc casu extinguitur morte filij † Aut est relictus contemplatione Patris, quod tunc censetur à nostris, cum de illo facta fuerit mentio, vt post Bart. in alleg. l. fin. tradit alleg. tract. Brogn. num. 179. vers. Quod autem, vel vt magis arcta mensura metitur Rot. Rom. in nouiss. Decis. 150. quę est Crassi sub num. 3. par. quando in specie de potestate patria agitur. † Et tunc, etiam filio mortuo, perdurat in patre † Aut tandem negocium est dubbium, nec tutò dici potest, magis filij, quam Patris contemplatione factum esse legatum, & tunc suspenditur in futurum euentum, ita vt vigeat semper in eo, qui superuixerit. 7 8 9 10 11 12

LEX. Vnicus reputatur textus in hac materia, præcitata l. fin. C. de Vsufr. variè accomodatus, secundum præfatos casus, ex Accur. & aliorum Scribētium interpretatione.

AVCT. Reperietis relatam distinctionem potissimum in commentario Bald. ad d. l. fin. nu. 5. cui concinunt Castr. alleg. loco nu. 2. versic. Sed dubium procedit. Brogn. d. loco Boer. Decis. 172. num. 33. & seq. Ar. Pinell. in l. 1. in

pri.

pri.par. nu.4.& 39.de bon. matern. testatus de cōmuni.
Ratio in vnoquoq; capite est exquirenda † & qui- RATIO
13 dem in primo nulla difficultas est, nam, voluntate testatoris minimè refragāte, vsusfructus sortitur finem suum, qui est morte vsufructuarij finiri, atq; terminari, & ad proprietatem reuerti §. finitur Instit.de vsufruct.vbi latè
14 Scribentes † non secus, ac soleat accidere in Pensionibus,ac Beneficijs, alijsq; dignitatibus Eccle.quæ cū persona extinguatur.Gigas.de Pens. q.53.Gab. cōs.19.in 2.
15 In 2. capite † Cum iam vsusfructus esset radicatus in
16 persona Patris,non poterat ab eo ità facilè auelli † quēadmodum accidit in seruo, qui vel in totum, vel pro parte fuit alienatus à Domino, qui ex persona illius, & operibus fruebatur vsufructu: qui casus est decisus in
17 l. inter antiquam C. de vsuf. † Quod est pariter in eo Prælato,qui dū, erat Monachus, acquisiuit Monasterio, putà aliquam hęreditatem,non tamen potest eam secum ferre, vel suis necessitatibus applicare, dum ad illam dignitatem promouetur c. statutum 18. q. pri. & hæc ratio est ex mente Bald. in d.l. fin. nu.1.
18 Postremò † Ratio tertij capitis deducitur ex ipsamet alleg.l.fin. nam cum casus dubius faueat filio,ipseq; sit nominatus, etiam post Patris calamitatem, vt dicitur ibi, ad eum vsumfructum pertinere oportet. Nec decet ex contrario, cum morte filij Patrem etiam vsufructu
19 orbare, † expedit enim ratione dubij vtrumq; pari modo consequi ex legato commodum, per quamdam mediam viam, vt ponderat ipse Bald.in d.l.fin.nu.5.& facit
20 vulg. reg. l. Antiqui ff. si pars hæredit. petat. † Quo stante non solum Iudex potest litigatoribus satisfacere, vt exēplo Solomonis habetur in sacra Pagina,& refertur
21 in c. Afferte de pręs. † Sed etiam potest compellere partes ad transigendum, vt probat Tess.Decis. 89. n.1.& 3. quem deduximus supra hoc ipso libro Acad.3. Obser.2.
ACA-

ACADEMIA NONA.

De Detractione, quæ fit per legem Falcidium.

EPITOME

In detrahenda Falcidia ex legato vsusfructus, relicto insimul Seni, & Iuueni, computatur ætas solius Iuuenis, cum non consolidetur morte Seni, sed accedat Iuueni per Ius accrescendi.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Describitur factum.*
2 *Vltrà dodrantem fit locus legi Falcidiæ.*
3 *In legato Vsusfructus habetur ratio vitæ legatariorum, quando Falcidia operatur.*
4 *Detractio ob legatarios Iuuenes maior, ob Senes minor fieri debet in Falcidia.*
5 *Senem citius moriturum quàm Iuuenem, iura præsumunt, & num. 8.*
6 *In Sene breuius est tempus relegationis, quàm in Iuuene.*
7 *In duobus legatarijs, Iuuene, & Sene computatio vna est, ætatis nempè Iuuenis, quoniam sunt coniuncti, & num. 10.*

8 Mor-

9 *Mortuo legatario Seniore, vsusfructus non consolidatur, sed accrescit Iuniori.*

11 *Facta detractione ex lege Falcidia, non attenditur, si legatarij vsusfructus morerentur antea.*

12 *Vsusfructus, constitutus à Testatore vsq; in ætate 25. annorum hæredis, non finitur si antea moriatur.*

OBSERVATIO I.

1 CONCVRRVNT † in vsufructu duo, vnus adhuc Adolescens, alter ætate maturus, ambos enim coniunctione abstrinxit in testamento Testator, excessit
2 tamen Dodrantem legando: † quarè sit locus dispositioni legis Falcidiæ l. 1. & per tot. ff. & C. ad leg. Falcid.
3 Iuniores habent tit. de leg. Falcid. in 2. Instit. lib. † Et quoniam in eius detractione ratio cuiusq; legatarij haberi solet, ità vt vel maiori, vel minori æstimatione legatum perpendi debeat, vti fuerit vel minor, vel maior ætas legatarij, prout declarat Macer. I. C. in l. hæreditatum 68. ad leg. Falcid. & Accurs. in l. omnium 35. De vsufr. tradit quoq; Ruin. in cons. 194. nu. 8. vol. 2. & latè
4 Brogn. in Tract. de vsufruct. mul. leg. num. 225. † At si quærerem à vobis, quæ nam detractio sit facieda in proposito casu, scopum fortè attingerem, si crederem, Vos, vno ore, esse responsuros, attenta dispositione d. l. hæreditatum, ex parte Iuuenis maiorem, ex parte verò Se-
5 ni minorem, † cum citius moriturum senem iura præsumant l. is, qui, vbi Accurs. de fideicommiss. libert. & probat. d. l. hęreditatum, cum his, quę congerit Menoch.
6 Præs. 46. nu. 30. in 6. lib Præsumpt. † per quam caussam breuius est relegationis tempus in eo, quàm in Iu-

Cc uene

uene l. 2. De termin. mot. Luc. de Penn. in l. pri. C. de Consul. lib. xi. Menoch. alleg. loco nu. 31.

OBSER. Ego † tamen aliud sentirem, crederem enim equalitatem esse seruandam inter vnum, & alterum legatum, & tàm ratione Seni, quàm Iuuenis, eamdem æstimationem fieri, & quidem ætate Iuuenis metiri quoq; vitam Seni, non dubitorem, asserere. 7

LEX. Hanc sententiam credunt omnes esse probatam in d. l. hæreditatum 68. ad leg. Falcid.

AVGT. Pro qua facit aliquantulum quod Accur. dicit in glos. pri. super l. sacrilegij 6. ad leg. Iul. peculat & claris verbis est expressum ab And. Alciat. viro doctissimo, in Tract. Præsumpt. reg. pri. Præsump. 43. n. 2. per quem Brogn. primò in d. tract. nu. 64. mox verò Menoch. in d. nu. 30.

RATIO Nec profectò desideratur ratio † Nam cum ille senex, 8
saltem ex legis presumptione, citius è vita sit discessurus
Menoch. loco alleg. † & vsusfructus non consolidetur, 9
eius morte, cum proprietate, sed iure accrescendi pertineat ad Iuuenem l. 1. § interdum de Vsufr. accrescend. Iason. in l. re coniuncti de leg. 3. n. 222. & seq. & Angel. de Perus. consil. 154. † conueniens est, vt pro tempore 10
eius vitæ detractio ex lege Falcidia fiat d. l. hæreditatum cum materia.

ILLAT. Factam † autem detractionem ex præsumpta legis 11
auctoritate, si citeriori tempore iuuenis moriatur, haud augeri crederem, cum nec augeretur, mortuo hærede, ante vigesimum quintum annum, facta destinatione per defunctum, vt vsusfructus duraret quousq; ad d. ætatem peruenisset, † cum, eò casu, verè morte hæredis vsusfru- 12
ctus non finiatur, sed protrahatur, vsq; ad designatum tempus argumento l. ambiguitate C. de Vsufr. Brogn. in d. tract. num. 137.

EPI-

EPITOME

In legato Dotis Falcidia non operatur, nisi quando, vel continet commodum repraesentationis, vel soluitur totum ab eo, qui non posset conueniri nisi in quantū facere potest.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Legat. dotis continet rem, et commod. repræsentat.*
2 *Res dotalis non minuitur Falcidia,*
3 *Legatum dotis pium est.*
4 *Redditur res sua viduæ, dum ei legatur Dos.*
5 *Maritus ad dotem tenetur in quantum potest.*
6 *Ideò si totam leget, falcatur illud plus.*
7 *Ex cōmodo, repræsentationis legati dotis dubitant DD. an Falcidia locum habeat.*
8 *Sed distinguitur, an Vidua sit diues, vel ægena.*
9 *Legatum dotis in Vidua paupere est actus pius, quoniam inseruit pro alimentis.*
10 *Legatum dotis in Vidua diuite non censetur pro alimentis, ideò non reputatur pium.*
11 *Ex commodo repræsentationis in Vidua diuite deducitur Falcidia.*
12 *Sed habito respectu ad Priuilegium Mariti.*
13 *Senis non debet deduci Falcidia ex commodo repræsentationis, stante statut. de Alim. vid. præst.*
14 *Senis ex stat. soluitur Gabella de legatis.*
15 *Vsuf. consolidato cū proprietate, nō datur Gabella.*

OBSERVATIO II.

LEGATVM † Dotis, Viduæ restituendę ab hæredibus Mariti; Duo continet: Dotem ipsam, & 1
commodum reprę̈sentationis: † Quo ad dotem, hoc est 2
quantitatem, remq; ipsam dotalem, certum est, Falcidiam nō operari l. si vsusfructus 80. § Dos ff ad leg. Falc. & faciunt ea, quæ tradunt Roman. & Scriben. in Auth. similiter C. ad leg. Falcid. † Non quia Dotis legatum 3
Pium reputetur Bald. Nouell. in Tract. de Dot parr. 6. priuileg. 49. cum relatis à Tiraquell. in Prę̈fat. ad Tract. de priuileg. piæ caus. Versicul Item cum dos. & in pijs legatis impium sit, Falcidiam acuere Falcem d. Auth. similiter Tiraquell. d Tract. priuileg. 26. † Sed quia Viduæ 4
res sua redditur, vt dicit Caius IC. in d. §. Dos. † Nisi 5
fortè tale legatum ordinatum esset ab eo, qui, ex Iuris censura, non posset conueniri, nisi in quantum facere posset, iuxtà l. Maritum, & ibi Alex. & DD. solut. matr. tunc enim quia Actione ex testamento, ad solidum, possunt conueniri hæredes † in eo, quod plus soluerent 6
rōne legati, deducent Falcidiam, vt obseruat idem Bald. d. priuileg. xi. vers. Nam idem esset dicendum, quia tantum esse in legato reputatur, quantum hæredes ob d. remedium possent ex dote retinere.

In † parte verò commodi repræsentationis, hoc est in interusurio, quod medio tempore, legali ex dilatione, 7
deducere posset hęres, l. vnic. § exactio De rei vx. act. an interueniat, vel nè, Falcidia, est controuersum † Et 8
quidem in Vidua pauperrima eamdem mensuram seruarem, quam in ipsa dote, quia clarus est textus in l. cum dotem 58. d. tit. ad leg. falc. & confert. d §. Dos. constito .ff. de solutione dotis, ex parte vxoris factæ. In diuite verò, & habente bona extrà dotem, siuè parapherna, siuè quæcumq; alia, dissentirem propter responsum IC. in l.

2. de

2. de dot. prælegat. incipiens si Socer. in pand. vulg.

Magnus Accursius in d.l. cum dotem in Verbo (est) excitat hanc doctrinam, quam plenius confirmat, ac corroborat idem Bald. Nouell. d. Tract. priuileg. 11. par. 8. AVCT.

9 Et hæc est ratio differentiæ † quia in Vidua diuite cessat causa, ob quam est inhibita Falcidia, nempè, Pietas; eo enim censetur pium illud commodum, cum ex illo alimenta deducat Vidua, vt obseruat Bald. in d. RATIO
10 priuilig. xi. † Ex quo dum relinquitur ei, qui habet vndè viuere possit, constat non dari pro alimentis, & ità magis euidenter apparet, cum maiori incommodo hæredis, merum lucrum legatarij continere. † Et ob id
11 Falcidiam esse deducēdam, argumento tex in c. cum cessante de appell. † Habito tanem respectu ad cōmodum,
12 quod esset percepturus hęres tempore, quo pro dote nō posset conueniri: † quod fortè cessaret, si aliqua legiti-
13 ma causa nō fas esset hęredi illo commodo frui, vt Senis contingeret ob statut. sub rub. de Alim. Vid. præstand. cum hęres, quo tempore differt dotis restitutionem, teneatur ad præstanda alimenta Viduæ: nisi diceretur, cessare istam Prouisionem statutariam per ordinationem Testatoris, ex qua cum sit grauatus hæres, debet gaudere priuilegio legis Falcidię.

14 Hoc † autem commodum repręsentationis in casu, in quo onerat hæredem, & beneficio falcidiæ minuitur, vt releuat hęredem in detractione, & reliquum vergit ad merum lucrum legatarię; ità eamdem afficit in præstatione Gabellæ, facienda Cōmuni, stante statuto, vt Senis est, sub rub. De Gab. legat. & Don. quo legatarij abstringuntur ad soluendum certum quid pro re, sibi legata, vt per doctrinam Bald. in l. si non designata n. 3. C. de fals. caus. adiect. refert, & confirmat Bald. Nouell. in d. Priuilg. xi. vers. & ideò stante statuto, est enim in his casibus ex facto hęredis Dos aucta, & facta noua acquisitio, ideò ILLAT.

Ga-

Gabellarum ſtatuto comprehenſa † quod ſecus eſt dum 15
vſusfructus accedit proprietati, quę in ſe ipſa eſt augumentata abſq; facto hominis, vt obſeruat Bart. ideò ex commodo vſusfructus Gabella non præſtatur, Videte d. Bart. in l. 1. ff. de Iur. dot. & Bertacch. & alios ad idem cumulat Marcab. in conſ. 18. nu. 234.

ACADEMIA DECIMA.

De Lucro contingenti, matrimonio diſſoluto.

EPITOME

Coniugato ægeno ſuperſtiti datur quarta ex bonis alterius mortui, ſi diues fuerit.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Marito pauperi, & vxori indotatæ debetur ex diſpoſitione legis certa portio.*
2 *Vidua prægnans eſt alenda ab hædibus mariti diuitis.*
3 *Quidam loco quartæ concedunt alimenta.*
4 *Quarta debetur ægeno coniugi ante præſtantionem legatorum.*
5 *Debetur quoq; ante aditam hæreditatem.*
6 *Diſſoluto coniugio, coniugati non debent mēdicare.*

7 Litis

7 *Litis expensæ, & alimenta sunt præstanda litigatori ægeno.*

8 *Expensæ, nec alimenta repetuntur à victo ægeno.*

OBSERVATIO I.

1 MATRIMONIO † per mortem alterius ex Coniugibus dirempto, is ex Coniugatis, qui superstes est, pro se alendo, iure nouissimo, quartam con sequitur in bonis defuncti diuitis, quando nempè vir pauper est, vel vxor indotata, & vterq; omni præsidio destitutus. (Fæmina diues non alitur, nisi pregnans sit l. OBSER.

2 Curator de vent. in poss. miet. Surd. de Alim. tit. 1. q. 44. num. 51.)

Est hoc nouissimè constitutum ab Imp. Iust. à Compilatoribus relatus in Auth. Præterea C. Vnd. vir. & vx. desumptus ex Tit. de Exhibend. reis, & ex tit. vt liceat Matri, & Auię in Nouell. LEX.

Comprobat Accurs. tàm in d. Auth. Præterea, quàm in §. si verò expressum Auth. de Hæred. & Faicid. in verbo (Hęredem) cum quo consonat Gloss. in c. Rainutius de Testam. tradunt Dec. & DD. in d. Authen. Præterea Socin. conf. 108. & plures cumulat Florian. conf. 21. Ioseph. Ludouic. in commun. tit. solut. matr. Conclus. pri. Brogn. decis. 7. num. 73 par. 3. & Surd. d. tit. 1. q. 34. nu. 14. & tit. 9. q. 35. nu. 22. & q. 37. num. 17. & seq. AVCT.

3 qui † tamen videtur illam redigere ad alimenta in d. Tit. 1. q. 44. num. 44. & seq. & quæst. 46. & quæst. 11. n. 10. tit. 9. Menoch. autem de Arbitr. Iud. Cas. 65. & seq. explicat qui, secūdū hos terminos, possint dici pauperes.

4 Et † adeò est debita ista portio ægenis Coniugibus, vt possit deduci ante solutionem legatorum, vt ostendit

5 Corn. conf. 4. vol. 4. vers. Ita quod. † Et quod magis est

eſt antè aditam hęreditatem, vt ibid. in fin. docet Corn. facit Surd. d. quæſt. 35. nu. 22.

6 Cuicunq; † autem patere poteſt, quæ impulerit Iuſtinianum ratio ad promulgandam hanc Conſtitutionẽ: ea profectò eſt, Nè diſſoluto coniugio, is, qui ſuperuiuit, (in quo cenſetur durare matrimonium l. fin. de bon. mat. & ideò reputatur de familia Surd. de alim. tit. 4 q. 29. nu. 36. & ſeq.) mendicare cogatur, (ſicuti moriente ægeno funus pariter fieret ex ſubſtantia diuitis Chaſſ. de conſ. Burg. Rub. 4. §. 9. verſ. & facitis n. 4.) & eodem tempore duplici afflictione prematur, ità Caſtr. in d. Auth. Præterea num. 5. facit Florian. alleg. conſil. 7. & latè Roland. à Vall. conſ. 15. num. 4. & ſeq. vol. 3. & Surd. d. num. 44. & d. nu. 10.

RATIO

Et nè beneficium legis redderetur luſorium † Petenti ſunt, lite pendente, danda alimenta, & expensę litis, quæ etiam ſequeſtratis bonis deducerentur † etiam ſinè ſpe recuperandi, ſi petitor ſuccumberet, vt faciunt congeſta per Aufer. ad Capell. Tholoſ. Deciſ. 477. & Anchar. Regin. quęſt. 47. par. 1. cum cumulatis à Brogn. Deciſ. 3. nu. 41. & Deciſ. 23. nu. 25. in pri. par. 7 8

ILLAT.

EPITOME

Lucrum ſtatutarium ex diſſoluto matrimonio magis ad Socerum, quàm ad Maritum pertinet.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Senis Maritus ſuperſtes lucratur partem dotis, dum liberos non habet.*

2 *Sta-*

OBSERVATIO II.

1 IVRE † Muncipali seruamus Senis, Maritum superstitem vxori, liberos ex alio matrimonio tantum habenti, tertiam partem dotis, dimidiam, nullis liberis re-
2 lictis, lucrari † Statutum est in 2. dist. 137. sub Rub. Quę pars lucr. ced. vir. sol. matr. superstit. Iuxtà hoc, referam notandam decisionem † Fingite Filiumfamil. ducere in
3 vxorem fœminam; liberos habentem, vel non, nihil .n. refert; eiq; superuiuere absq; prole; fit locus dotali lucro, vel in tertiam, vel in dimidiam, iuxtà tenorem d.
4 statuti: † Hoc lucrum, cui est applicandum (& in hoc vertitur difficultas) filio nè, vt demonstrant verba statuti, an Patri, in cuius est potestate, & cura?

Et quidem, cum tale lucrum, tanquam aduentitium,
5 considerari possit l. 1. in fin. C. de bon. libert. † Cuman. Castr Alex. & alij filio illud concedunt, argumento l. fin.

Dd C. de

OBSER. C. de Collat. † Din. tamen in l. si cum dotem §. transgrediamur ff. solut. matr. quem sequitur Bart. in Tract. de Duob. Fratrib. quæst. 5. num. 5. contrarium resoluit, vult enim ad Patrem pertinere, qui filium, & Nurum penes sè retinuit, quod est verum. 6

LEX. Nec est probatio remota, quæ deducitur ex l. Actione 66. §. fin. & l. seq. Pro Soc. cum statuatur, Socium participare de lucro dotis alterius Socij.

AVCT. Presertim cum latè de hoc statuto consuluerit Dec. in cons. 560. & verissimam partem hanc prædicet Eman. Suarez lib. 5. recept. sent. Tit. solut. matr. nu. 71. mihi vol. pri. plures, idem sectantes, enumerans, vltrà quos refero Io. Petr. Surd. in tractat. de Aliment. tit. pri. quęst. 38. num. 10.

RATIO In eò tamen ratio sita est † quod Pater, qui filiũ habet in potestate, cum cum vxore sua domi retinuit, ijs alimenta præbuit, & alia pręstitit omnia, quæ ad conseruandum matrimonium necessaria sunt: ex quo conueniens esse debet † Ibi esse lucrum Dotis, vbi onus fuit matrimonij, vt ex d. §. fin. & ex l. seq. deducitur, & in nostris terminis optimè probat Marsil. Sing. 264. latè Roland. de lucr. dot. quęst. 4. & 82. num. pri. & Surd. d. loco. † Reputatur enim, eo casu, lucrum hoc peculium profectitium, vt obseruat Petrus de Vbald. in Tract. de duob. Fratrib. in 5. part. princip. quæst. 12. Videtur habere relationem ad onera lucrum, vt tenet Abb. in cons. 79. in versic. Hac ratione. de hoc ipso statuto nostro loquens. † Quæ confirmantur, cum videamus vbiq; seruari, Socerũ percipere fructus dotis, quod tangit Dec. d. loco nu. 4. & tradunt Scribent. in l. Dotis fructus, de Iur. dot. & in l. si filia, famil. ercisc. 7 8 9 10

ILLAT. Hic esset locus congruus decidendi arduam, ac controuersam difficultatem, † An Auus teneatur de suo dare dotem Nepti, sed sufficit tetigisse, ob periculum, 11

quod

quod imminet in familia nostra, sat est excitare Auctores, alij plenius, ac maturius perpendant. Videte igitur Rom.tum in l.pri. sol.matr.n.13.tum in l. quæ neptis in princ. De acq. hæred. Surd. d. tract. tit.9.quęst.13.cum alleg. à Brogn. Decis.7.nu.29. par.3.

12 Dicam † tamen de eodem Socero, à viua Nuru esse alendum, non minusquam maritum, si inopia laboraret: de quo plenè tractat. Surd. d. tract.tit.pri q.39.per tot.

EPITOME

A filijs facta renunciatio bonorum maternorum euanescit, Patre secundas nuptias contrahente.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Dissolutio matrimonij filijs affert aliquando commodum.*

2 *Parentes, transeundo ad secunda vota, perdunt commodum, quod ex filijs primi matrimonij consequuti erant.*

3 *Parentes, secundò nubentes, in modum mulctæ priuantur, sibi à filijs facta, donatione.*

4 *Filij succedunt Parentibus duplici ex causa, iure sanguinis, & legis dispositione.*

5 *Renunciatio, facta à filijs Patribus, respicit iura sanguinis, non pœnam, impositam secūdò nubenti.*

6 *Filius, non obstante renunciatione, admittitur*

ad pœnam ex secundis nuptijs Patris, sibi competentem.

7 *Filio nuptijs Patris consentiente, non reuocabitur donatio.*

8 *Filij renunciantes non faciunt partem.*

9 *An filiæ dotatæ Senis faciunt partem.*

OBSERVATIO I.

NVM † & filijs Parentum luctuosa Mors, & indissolubilis thori nexum solui, aliquando proderit? 1
Et hoc profectò accidere nulli dubium est † Singulare 2
tamen puto, & vestra laudabili curiositate dignum, cum
OBSER. filij (professuri fortè Religionem aliquam) hereditatis vel Paternæ, vel Maternæ in manibus Parentum, commodum renunciauerint; Nam ijs mortuis, si fortè, post prioris casum, superstes nouas contraxerit nuptias, poterunt prędicta bona, quamuis à semet ipsis abdicata, etiam religione iureiurandi, consequi.

LEX. Inducuntur adhoc l. fœminę 3. C. de secund. nupt. in §. illud, vnà cum l. qui cum Tutoribus ff. de transact. & cum l. damni infecti in pri. de Dann. infect. † Multatur 3
secundò nubens in commodo, quod ex persona filij percepit, cui non est renuuciatum per filios.

AVGT. Non ommisit id diligēs, & accuratissimus obseruator Accursius in d. l. 3. in scholio (Relicta) ex quo in parlamento Delphin. ità fuit conclusum, referente Guid. Pap. in quæst. 228. & tradit Dec. in cons. 206. nu 2. & 230. fuit enim communiter receptus Accursius, vt testatur doctiss. Didac. Couarr. in c. quamuis pactum, de Pact. in 3. Relect. §. 3. nu pri.

Pro decisione † est aduertendum, huiuscemodi filijs 4
du-

duplici ex causa successionem ex morte Parentum ob venire, hoc est iure sanguinis, & legis reseruatione Dec. in d.cons. 230. num. 2.& Didac. vbi supra. † At facta re-
5 nunciatio respiciebat iura sanguinis, non pœnam ammissionis bonorum, qua plectuntur parentes, ad secunda vota transeuntes,d. l. fœminæ,& dd.l. Danni infecti,
6 & l. cum Tutoribus. † Et ideò ad ea, quæ ijs possunt competere ob d. pœnam vocantur,renunciatione minimè attenta, & iuramento non obstante, Old. cons. 294. & Dec. dd. locis.

7 Liberarentur † Parentes ab hoc periculo,si curarent, filios assentiri nouo matrimonio,quoniam volenti nulla fit iniuria c. scienti De reg. in 6. l. cum damni C. de Transact. & ità consulit Dec. d. cons. 206. sub num. 3.

8 An verò † isti filij ità renunciantes, vel emancipati (si non succederent) partem faciant in computatione legitimæ, iuxtà terminos Auth. Nouissima C. de Inoff. Test. tangit d. Guid. Papę quęst. 228. num. 2. & resoluit in quæst. 295. in princ. dicendo, contrà Pet. hos filios non esse considerandos, cum Parentes non teneantur eos instituere, vel exhęredare: quę opinio videtur magis recepta teste Dec. in consil. 607. † Quod
9 facit ad stat. nostrum sub rub. 197. in 2. Dist. sub verbis Quod mul.dot. non ven. ad success cum Fratrib. de quo Marian. in cons. 25. vol. pri. Pro quo volunt obseruari diligenter verba dispositionis statutariæ, & multos congerit Antonius Gabriell. lib. 6. recept. sentent. tit. de legit. concl. 2.

ILLAT.

ACA-

ACADEMIA VNDECIMA.

Ad Statutum Ciuitatis Senarum 136. In 2. Dist. Stat. sub Rub. Quod Mulier. habent. liber. non dispon. vltr. quart.

EPITOME

In Traditione rerum nostrarum, quem modum volumus, possumus adijcere, etiam præter iura, & ob id, fæminæ poterunt distrahere oĩa buona, et Eccl. tenebitur ad onera.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Senis fæminæ, habentes liberos, non possunt disponere vltrà quartam.*

2 *In bonis aduentitijs potest dari Senis fæminis liberior facultas disponendi.*

3 *Tradens Senis mulieribus potest adijcere modum, vt de ijs liberè disponant.*

4 *In traditione suæ rei quilibet potest adijcere modum ad arbitrium suum.*

5 *Ecclesia potest, ratione bonorum relictorum, subijci collectis Laicorum.*

OBSER-

OBSERVATIO I.

1 PRIMVM † in hoc statuto illud est obseruandum, angustioribus cancellis restrictam esse Senis facultatem disponendi de bonis fœminis, liberos habentibus, quippè cum ex Statuto sub cap. 136. in 2. distinct. quarta tantum pars omnium bonorum, & Dotis relinquatur ijs, tanquam liberum,& absolutum patrimoniũ, quod obseruauit Paul.de Castr. in consf.441. vol. 1.

2 In † bonis tamen aduentitijs relaxari possunt habenę OBSER.
3 Si † qui fœminis relinquant,donent,aut quocũq; modo tradant, adijciant in dispositione, vt liceat fœminæ accipienti,de bonis,sibi traditis, arbitrio suo, non obstante prædicta Municipali lege,disponere.

Non deduco ad hoc legem loquentem planis verbis, sed tamen satis liquidò concludentem l. 1. in principio, ibi (Nisi vt id fieret Parentes) & in §. si defunctus, nec non l. magis puto §. si fundus ff. de reb. eorum,quæ sub. tut. & l.2. C. quando Decret. opus non est. LEX.

In terminis verò proprijs huius statuti tradit noster Bart. Socin. plenè in consil.48. vol. pri.& in casu magis arduo Laur. Syluan. in consil.49. par. pri. præsertim nu. 83. & seq. post cum tractant Lamberteng. in Tract. De Contract. eorum qui sunt sub. cur.gloss. 1. n. 3.Menoch. in tract.de Arbitr.Ind.Cas. 171. nu. 6. & seq. & Surd. in Tract. de aliment. tit. 8. priuileg. 16. nu. 9. AVCT.

4 Habet † tamen patentem, ac manifestam rationem, pendet enim ab illa vulg. reg. Quemcumq; in traditione suæ rei,posse quem voluerit,modum,& conditionem imponere, vt clarus est textus in l. 2. & 3. de Donat. quæ sub mod. in l. legem C.de pact & in l.traditionibus eod. tit. in Pand. & Socin.d. consf. 48. & Syluan. d. num. 83. in fin. & num. 84. RATIO
5 † Ius enim quęrendum tractabilius est, ac debilius quæsito,ex quo etiam Prelatus illi, citrà pe-

reuocationem poteſt renunciare, vt contingit in acquirendis legatis, hæreditate, & ſimilibus Abb. in c. p. de Dolo, et cont.n.21.& ſeq.per Fider.cõſ.9.& alios alleg.

Hinc † poſſumus credere optimè conſultum à Pert. de Anch. in conſ. 217.dum voluit, Rectorem Eccl.teneri ad collectas pro quibuſdam predijs, à Teſtatore, cum huiuſmodi onere, relictis, nec illa alienare poſſe credetem, ſi ad certum aliquod onus, vel opus, eſſent relicta, per ea, quę congerit Gulielm. Red.in tract. de reb. Eccl. non alien. quæſt. 19. nu. 77. & 119. & ſequ. Imò fortius, & in incapacẽ transferri poſſent, ſi traderentur tali adiecta conditione, puta, cauſa exempli, vt in ijs Spurij ſuccederent, ita ex Baldo, & alijs tradit Chaſſ. de conſuet. Burg. Rub. 8. §. 3. nu.10. 5

EPITOME

In adeunda materna ſucceßione Senis recipitur proteſtatio de oneribus reyciendis; vt de iure communi, in recipienda quarta ex bonis libertorum.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Cautio Socini, vt filij recipiant ſucceſſionem Matris cum proteſtatione, & nu. 5.*

2 *Filij ex ſtatuto Senis debent ſuccedere in tres partes bonorum maternorum.*

3 *Facta proteſtatione, filij conſequuntur tres quartas bonorum maternorum, ſine onere.*

4 *Bona Parentũ, accipienda ſunt titulo hæreditario.*

5 Sta.

5 *Statutum Senense 136. dat filijs tres pates bonorum maternorum tanquam quotam bonorum non hæreditatis.*

6 *Idem statutum vocat filios, tanquam filios, non tanquam hæredes Matris.*

7 *Num hoc statutum, quod loquitur de filijs, procedat in Nepotibus.*

9 *Filij, etiam non hæredes, possunt consequi lucrum factum, occasione matrimonij.*

10 *Filij, etiam non hæredes, possunt habere rem emphitheoticam à patre pro se, & filijs, acceptam.*

11 *Patronus accipit quartam sine onere.*

OBSERVATIO II.

OB idem statutum puto deindè obseruandam cautionem ex praxi Senensis Fori, testatam à viro pręclariis. Mariano Socin. in quodam suo cons. manuscripto viso à Lauren. Syluan. in loco, quem monuero infrà † Et OBSER.
1 est, filios, dubitantes de oneribus, existantibus in hęreditate Matris, & de obligationibus ab ea factis, adeundo bona materna, debere declarare, ac potestari, se acccipere bona; tanquam filios, successores statutarios, non tanquam hæredes † Et ità ad se tres tantum partes trahere
2 sine vllo onere ex dispositione d. statuti, penitus quarta parte altera spręta, ac relicta.

Est vrgens argumentum textus in l. cum à Matre 14. C. de rei vx. act. & non modicè confert nouella Iust. relata in Auth. Hę res C. de sec. nupt. LEX.

Socinum, testantem de uiribus memoratæ consuetudinis, refert Laur. Syluan. in cons. 49. num. 88. in pri. par. AVCT.

Ee versic.

reuocationem potest renunciare, vt contingit in acquirendis legatis, hæreditate, & similibus Abb. in c. p. de Dolo, et cont.n.21.& seq.per Fider.cōs.9.& alios alleg.

Hinc † possumus credere optimè consultum à Pert. de Anch. in cons. 217.dum voluit, Rectorem Eccl.teneri ad collectas pro quibusdam prędijs, à Testatore, cum huiusmodi onere, relictis, nec illa alienare posse crederem, si ad certum aliquod onus, vel opus, essent relicta, per ea, quę congerit Gulielm. Red.in tract. de reb. Eccl. non alien. quæst. 19. nu. 77. & 119. & sequ. Imò fortius, & in incapacē transferri possent, si traderentur tali adiecta conditione, puta, causa exempli, vt in ijs Spurij succederent, ita ex Baldo, & alijs tradit Chass. de consuet. Burg. Rub. 8. §. 3. nu.10. 5

EPITOME

In adeunda materna successione Senis recipitur protestatio de oneribus reijciendis, vt de iure communi, in recipienda quarta ex bonis libertorum.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Cautio Socini, vt filij recipiant successionem Matris cum protestatione, & nu. 5.*

2 *Filij ex statuto Senis debent succedere in tres partes bonorum maternorum.*

3 *Facta protestatione, filij consequuntur tres quartas bonorum maternorum, sine onere.*

4 *Bona Parentū, accipienda sunt titulo hæreditario.*

5 *Sta.*

5 *Statutum Senense 136. dat filijs tres pates bonorum maternorum tanquam quotam bonorum non hæreditatis.*

6 *Idem statutum vocat filios, tanquam filios, non tanquam hæredes Matris.*

7 *Num hoc statutum, quod loquitur de filijs, procedat in Nepotibus.*

9 *Filij, etiam non hæredes, possunt consequi lucrum factum, occasione matrimonij.*

10 *Filij, etiam non hæredes, possunt habere rem emphitheoticam à patre pro se, & filijs, acceptam.*

11 *Patronus accipit quartam sine onere.*

OBSERVATIO II.

OB idem statutum puto deindè obseruandam cautionem ex praxi Senensis Fori, testatam à viro præclaris. Mariano Socin. in quodam suo cons. manuscripto viso à Lauren. Syluan. in loco, quem monuero infrà † Et OBSER.
1 est, filios, dubitantes de oneribus, existantibus in hæreditate Matris, & de obligationibus ab ea factis, adeundo bona materna, debere declarare, ac potestari, se acccipere bona; tanquam filios, successores statutarios, non tan-
2 quam hæredes † Et ità ad se tres tantum partes trahere sine vllo onere ex dispositione d. statuti, penitus quarta parte altera spręta, ac relicta.

Est vrgens argumentum textus in l. cum à Matre 14. C. de rei vx. act. & non modicè confert nouella Iust. relata in Auth. Hę res C. de sec. nupt. LEX.

Socinum, testantem de uiribus memoratæ consuetudinis, refert Laur. Syluan. in cons. 49. num. 88. in pri. par. AVCT.

Ee versic.

versic. & ad hoc vt dicta conclusio. Quin, & ipsum Marianum Socin. possumus legere, alibi idem testantem, nempè in cons. 116. 5. col. vers. Nec obstat. vol. pri. cui adijcio Paul. de Castr. cons. 441. nu. 5. in fin. lib. pri. Anchar. cons. 112. in fin. † Consequuntur enim tunc filij tres quartas, hoc est nouem vncias Dotis, & bonorum, absq; vllo onere Socin. dict. vers. Nec obstat. & Castr. alleg. loco. 3

Hæc † autem cautio, quamuis stricto iure fortè, ex dispositione Iuris communis non sufficeret, cum bona non possint accipi à filijs nisi iure hæreditario, & ità in totum, non pro parte, vel sine oneribus l. 1. de acquir. hęred. l. Iam dubitari de hæred. instit. Bart. tradit in l. qui totam nu. 1. d. tit. de acquir. hęred. & Scribent. in l. quia poterat ad Trebell. & communiter recipi à nostris, testatur Syluan. d. loco. † Substinetur tamen, & in Forensi vsu Senis frequentissima est, (etiam sine protestatione) vt refert d. loco Syluan. in versicul. Huic parti, ibi (etsi dixerit) & ante eum Socin. d. vers. Nec obstat. 4 5

RATIO Consuetudo † tamen habet suas radices, fixas in optima ratione, deducta specialiter à mente d. statuti, quæ fuit, has tres partes debere filijs pertinere, ceù quotam bonorum, non hæreditatis, cum prohibuerint Statuentes quamcunq; dispositionem in filiorum damnum, vt facit Castr. d. cons. n. 3. † Vocat enim eos statutum nõ tanquam hæredes, sed tanquam filios: quo casu permittitur præfata distinctio §. Soluto Auth. de nupt. ibi, & dabuntur hęc filijs tradit Socin. cum alijs alleg. ab eod. d. versic. Nec obstat † Vbi etiam diligentissimè quęrit, an tale Priuilegium competat successoribus filiorum. 6 7 8

ILLAT. Hinc † perdiscimus, filios posse consequi lucrũ, quod factum fuit à quocunque ex parentibus, altero prædefuncto, quamuis eiusdem hæredes non sint, qui sunt proprij termini d. Auth. Hę res C. desec. nupt. & d. §. Soluto. 9

to. vndè sumitur, & conferunt Bart. & Angel. in eorum
10 Cōmentis. † Et pariter posse consequi rem emphiteoticam, pro se, & filijs, à parentibus simpliciter comparatam, vt ex communi sententia tradit Clar. in §. emphit. Quæst. 37. præsertim sub num. 2.

11 In simili † quoq; Patronus, grauatus à liberto superfluis oneribus, illa præterire, sola integra quarta sibi reseruata, ex dispositione legis, potest, vt in terminis est texus in l. si libertus Patrono 41. ff. de bonor. libertor. Petr. de Anch. in consi. 312. nu. 3.

EPITOME

Quarta in secundò nubente, dum relinquit filios tantum ex primo matrimonio, Senis confunditur in tertiam, nisi bona extra dotem etiam mulier habeat.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *An fœmina, secundò nubens, possit vltrà quartam dotis alienare.*

2 *Dare in dotem est alienare.*

3 *Senis, existentibus filijs ex priori matrimonio, lucratur tantum tertiam partem dotis maritus.*

4 *Vidua, nubendo Senis, potest alienare tertiam partem dotis, in dannum filiorum.*

5 *Statutum, permittens lucrum dotis, concedere videtur illius alienationem.*

6 *Proponitur secunda difficultas.*

7 *Lucrum, quod à statuto datur Marito, fit sine facto vxoris, & etiam ea inuita.*

8 *Statutum, prohibens fœminis disponere de rebus suis, non comprehendit casum, in quo agunt de se maritandis.*

9 *Patrimonium fœminarum multiplex est.*

10 *Bona fœminarum vel sunt dotalia, vel extrà dotem, quæ parapherna, vel receptitia dicuntur.*

11 *Statutum, quod concedit quartam alienari à fœminis, intelligitur de toto patrimonio, sine distinctione.*

Statutum, quod concedit lucrum tertiæ partis marito, loquitur solum de bonis dotalibus.

12 *Vxor, vltrà dotale lucrum, poterit relinquere Marito ex propria voluntate, si habet bona vltrà dotem.*

13 *Vxor potest reliquere Marito ex suis bonis, animo compensandi cum dotis lucro.*

14 *Vidua ex secundo viro, potest gaudere beneficio huius statuti, & disponere de quarta.*

15 *Præmoriente fœmina in secundo matrimonio, Maritus lucratur tertiam ex statuto, & antea facta dispositio de quarta peiclitatur*

16 *Distinctio tertiæ, & quartæ partis dotis.*

17 *Statutum hoc auget legitimam filiorum, vsq; ad Dodrantem.*

18 *Statutum sub rub. 137. minuit legitimam filiorũ in*

in vncia respectu nostri statuti.

19 *In legitima statutaria magis strictè procedimus, quam in legali.*

20 *Fœmina, stāte hoc stat. nubendo nō præiudicat filijs vltra stat. 13. & ità iudicat Rota Sen. & n. 23.*

21 *Cur validius obligetur tertia, quam quarta.*

22 *Statutum 137. tollit aliquando stat. 136.*

23 *Fœmina, quæ habet liberos ex vtroq; merito, potest disponere de quarta ad suum arbitrium.*

24 *An prædicto stat. 137. debeat regulari secundum formam l. hac edict. C. de sec. nupt.*

OBSERVATIO III.

1 EX hoc ipso statuto exoritur non leuis controuersia, digna studio, digna attentione vestra † Satis enim ex illius verbis videtur posse elici, Viduam, secūdò nubētem, non posse dare in dotem viro, nisi quartam bonorum suorum partem, vel rectius loquendo, ex ijs Virum non posse lucrari plusquam quartam, cum vltrà eam nullum filijs possit afferre damnum, cum Bart. Socin. in cons. 58. in prin. vol. 1. probet tale statutum iurè posse
2 fœminis, & coarctare facultatem disponendi † Dare .n. in dotem est alienare (quod ijs prohibitum est) vt tradit Roland. à Voll. in tract. de lucr. dot quæst. 105. num. 4.
3 Et † tamen ex alio statuto sub Rub. Quæ pars lucr. ced. mar. sol. matr. in eadem 2. distin. 137 Marito superstiti vxori, liberos ex alio matrimonio habēti, cōceditur tertia pars dotis: Quomodo ergò lucrabitur Maritus tertiam, si quartam tantum vxori distrahere permittitur? nunquid quarta maior est tertia? vel euanescet illud plus in tertia, quod

quod desideratur in quarta, quod fortè non esset longè à mente Socini in cons. 85. post vers. Sed ad hoc respondetur, eod. pri. vol.

4 Sed † profectò, paruo negocio, etiam mediocris Geometra æquaret omnia, cum eidem fœminæ, quæ, citrà matrimonium, liberam habet facultatem disponendi ex hoc Statuto 136. de quarta parte suorum bonorum, ad concilianda matrimonia, relaxarunt statuentes habenas ex alio statuto 137. vt se ipsam nubendo, transferat in Maritum ius lucrandi tertiam partem dotis, & commodum Antiphati, nullis susceptis liberis, & consequenter, etiam facultatem dotis in nouum Maritum transferendi. † Cum statutum, quod ex dote lucrum concedit, permittat quoq; ipsam dotem dari Roland. d. quæst. 105. nu. 8. Anch. in cons. 380. nu. 3. & Paris in cons. 95. num. 37. in 3. 5

Sed † difficultas, quę actis temporibus segetem, ac materiam litium præbuit non leuem, versatur in hoc: Num eadem fœmina; quæ, Matrimonium conciliando, tertiam suæ dotis partem posuit in discrimine, possit, alia dispositione, quartam deindè alienare, vel contrà, possit nè tertiam afficere spe Mariti, quę prius quartam obligauerat? † Quod non videbatur negandum, cum tertia illa statuto 137. distrahatur; etiam inuita fœmina, argumento l. si sponso 16. C. de don. ant. nupt. & conferunt deducta à Bald. in l. hæreditati de sec. nupt. nu. 2. & à Rol. in d. tract. quæst. 82. n. 11. & seq. & à Flor. cons. 21. nu. 18. † Quod confirmatur cum receptum sit, statutum nostrum 136. non comprehendere casum, in quo fœmina contraxit, se nubendo, Roland. d. quæst. 105. nu. 20. & repetit Anchar. in d. cons. 180. 6 7 8

Pro veriori resolutione, pręmitto † Patrimonium fęminarum diuersi generis esse, vt ex Campeg. in tractat. de dot. in primis quæstionibus colligitur † Ad factum 9 10

no-

noſtrum, illud diſtinguo in duo genera; vnum, quod meram, & ſimplicem dotem complectitur; Aliud, quod cętera bona omnia, ſiuè ſint, quæ, communi nomine Para-
11 pherna dicuntur, ſiuè ſpeciali, receptitia † & ſtatutum noſtrum 136. tam de vno, quam de altero genere loquitur, cum alterum ſtatutum 137. ſolum de bonis dotalibus diſponat.

12 Hoc ſuppoſito, deciſiuè concludo † ſi fœmina habeat vtriuſq; generis patrimonium, poterit quidē; etiam post quæſitum ius Marito in tertia dotis; ſiuè per contractum, ſiuè per vltimam voluntatem ex alijs bonis extrà dotem cuicunq; voluerit, etiam Marito, infrà cancellos quartæ partis, relinquere, & iurè debebitur, Caſtr. OBSER.
13 conſ. 441. in princ. † Niſi; quando relinquint Marito; appareat dari ab vxore animo compenſandi Socin. conſ. 93. vol. 1. & Afflict. Deciſ. 44 & ibi Vrſil.

14 Quod † ſi ſolam habeat dotem; ſi ſuperſtes ſit Marito, ſit locus ſtatuto noſtro 136. ſi præmoriatur tantum debebitur Marito ex altero ſtat. 137. tertia pars † ceſ-
15 ſante penitus diſpoſitione, & facultate noſtri ſtatuti 136. etiamſi fœmina ad mentē illius, antè matrimonium diſpoſuiſſet, niſi fortè maior tertia, quarta eſſet, vel quid
16 aliud ſupereſſet, puta † Fœmina in primo matrimonio habebat dotem 4000. aureorū, ex quibus, virtute noſtri ſtatuti 136. alienauit, fortè donando, mille, quę ſunt pars quarta: mox cum alijs 3000. nupſit, ijſdem nouo Marito in dotem datis: moritur, relicto (nullis ſuſcepit filijs) viro, cui debetur ex alio ſtat. 137. tertia pars, quæ continet mille aureos, ſi deducerentur iſtę duæ quantitates, filij orbarentur loco quartæ, vel tertiæ partis, medietate bonorum, quod eſt contrà vtrumq; ſtatutum, tàm in mente, quàm in verbis conſideratum: quamobrem pro ſua tertia parte Maritus ſibi retinebit mille aureos, &, acceptis alijs duobus millibus, filij ſeptingentos, & quin-

qua-

quaginta reuocabuntur à Donatario, vt integras habeant quoq; tres quartas, vnà cum duabus tertijs, illis pro eorum plenis portionibus, competentibus, vi dd. Statutorum, apud donatarium verò pro nuda quarta remanebũt reliqui 250. qui cum dd. 1000. Marito quæsitis, complẽt integros 4000. aureos, qui sunt patrimonium fœminæ.

LEX. Quærere autem iura, & auctoritates in puncto, puto difficile, deducam tamen affinia, potissimum textum in l. In quantitate 73. in fin. & in l. fin. Ad leg. Falc. Nec longè sunt l. eum qui 3. de interd. & releg. & c. pri. de success. Feud.

AVCT. Sunt ponderanda adhoc tradita per Scribentes in Authent. nouissima C. De inoff. Test. & in §. fin De hæred. ab intest. quos obseruat Bertacch. in Verbo quarta pars: quibus addo Castr. Roman. Roland. & Soc. alleg. locis. Sed magis accedentes ad casum Oct. Cach. in 20. Dec. Ped. nu 7. & Brog. in Dec. inf. alleg.

RATIO Ratio saltem non deerit, quę deducenda est à visceribus statuti 136. præsertim; quia vult † legitimam filiorum in bonis maternis extendi quodammodo vsq; ad 17
Dodrantem, cum permittat solum matribus, vt de tribus vncijs possint disponere. † Quibus addit aliam vnciam, 18
ratione matrimonij, Statutum 137. & cum iterum alteri nubendo alienet, vt est demonstratum, consequens est dicere, quod totam tertiam partem distraxerit, iuxtà d. stat. 137. nec de cœtero, quartam potuerit alienare, quippè quę, iam sit erogata cum augumento vnius vncię, auctoritate alterius statuti 137. per transitum ad secũda vota † Arctius enim est Ius huius legitimæ, quàm eius, 19
quæ iure communi debetur, quippè cum ista in vita non possit minui, vt obseruant Scribentes, & Castr. d. cons. 441. n. 3. † ità vt, nec nubendo potest Mater disponere, 20
aut pacisci, vltrà prædicta, in perniciẽ filiorũ, vt ex coĩ testat Bellac. in 5. Recept. sent. tit. De sec. nupt. n. 17. vol. 1.

Pri-

21 Reuocari † aũt magis ab extraneo, quàm à Marito alienata, habet fomentum, tum in genere contractus, cum sit matrimonium, tum in causa, quæ est magis onerosa in Marito, tum in fine, per quem publica vtilitas spectatur, faciunt tradita per Dec. in Auth. prçterea num. 188. De sec. nupt. Roland. d. q. 105. nu. 9. Cacher. Decis. 21. n. 18. † Quibus accedit traditio nostrorum, recipiens, sta-
22 tutum nostrum cessare per aliud stat. 137. Anchar. cons. 380. Roland. d. q. 105. nu. 9. Phanucc. de lucr. dot. gloss. 10. nu. 5. & Borg. d. Decis. 4. nu. 7. Aliàs enim iste Maritus auctoritate statuti 137. esset deceptus, quod non est ferendum l. 1. C. de his qui ven. etat. imp.

At † vltrà præfatas rationes, possum etiam testari,
23 Rotam Sen. ad fauorem Mariti iudicasse de anno 1582. & in prima instantia anno superiori D. Borgn. qui deindè inseruit Decisionem in quart. parte quarto loco, videatis per eum.

24 Sed † si etiam ex secundo viro fœmina liberos relinquat, cum nihil Maritus lucretur l. 1. C. de rei vx. act. & in d. stat. 137. exprçssè cautum sit, & reitegretur ad beneficium stat. nostri 136. poterit relinquere quartam cui voluerit, etiam ipsi Marito Rom. præd. cons. 498. post ILLAT.
25 n. 2. † An autem vel in casu dicto, vel quando vigeat dispositio statuti 137. debeat obseruari forma l. Hac edictali C. de sec. nupt. est controuersum apud nostros ex Bald. in d. l. hac edictali nu. 3. & traditis à Rom. cons. 44. & Anch. cons. 380. & credo non esse iniustu, minclinare in negatiuam ob generalia verba d. statuti.



Ff ACA-

ACADEMIA DVODECIMA:

De Fœminis Reintegrandis ad bona materna, vel auita, ex ſtat. ſub Rub. de ſucceſſ. ab inteſt. in hęred. matr. & Auię 153. in 2. Diſtin. ſtatut. Senen.

EPITOME

Deficientibus Maſculis, Senis fœminæ reintegrantur ad bona materna, pro numero ſuccedentium.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM:

1 *Senis ex ſtatuto, ſolum maſculi vocantur ad ſucceſſionem Matris.*
2 *Deficientibus maſculis, fœminæ reintegrantur ad bona materna.*
3 *In reintegratione fœminarum Rota Sen. variauit.*
4 *Maſculi quo ad ſe ſuccedunt irreuocabiliter, reſpectu fœminarum reuocabiliter, & nu. 10.*
5 *Quomodo ſe habeat reintegratio fœminæ.*
6 *Reintegratio quid ſit.*
7 *Excluſione fœminarum, hæreditas matris iure non decreſcendi impinguatur.*

8 *Fæ-*

8 *Fœminæ, exclusæ à statuto, reputantur non natæ, nec faciunt partem.*

Hæredes conditionales, ante conditionem decedentes, non transmittunt hæreditatem.

9 *Viuis masculis, fœminæ, præteritæ in testamento matris, non impugnabunt testamentum.*

10 *Morte masculorum hæreditas matris non impinguatur per ius non decrescendi.*

11 *Descendentes ex fœminis illas representant in reintegratione.*

12 *Fructus ciuiles, vel census à matre stipulati, non dum exacti tempore extinctionis masculorum, augent hæreditatem.*

13 *Iidem fructus pari modo cedunt commodo fideicommissarij, non hæredis.*

OBSERVATIO I.

EX relatis in præcedenti sessione, cum tres quartæ, vel duæ tertię ex bonis maternis, vel dote, debeant
1 ad filios, Matre mortua, integrę peruenire; † non tamen partes indistinctè omnibus tribuuntur, sed est seruanda forma Statuti sub Rub de successión. ab intest. in hæred. Matris, & Auiæ 153. in 2. Dist. statut. Senensium, quo solum Masculi vocantur, † fœminarum tamen
2 iuribus, quamdiù illi extiterint, penitus suspensis † ex
3 quo, deficiente Masculino genere, controuerti hic Senis frequenter solet, quæ fœminæ, & quam in partem debeant succedere, & Rota Sen. variè rotauit: quamobrem nè vera decisio vos lateat, hæc sunt obseruanda.

OBSER. In reintegratione † igitur facienda, quoniam Masculi, quatenus ad eorum personam, succedunt Matri irreuocabiliter, quatenus ad personam fœminarum reuocabiliter; & per consequens acquisitio in eorum portione certa est, in parte autem, ob exclusionem fęminarum, competenti, vacillat, ideò sequens forma seruanda est. 4

Superstitibus † Matri sex filijs, puta, vno Masculo, & quinq; fęminis; si dum moritur masculus, vel masculi descendentes ab eo, omnes viuant fœminæ, vel descendentes ab illis, successio diuidetur in sex partes, & vnaquęq; reintegrabitur ad sextam partem, si verò vna tantum superesset fœmina, in duas solummodo partes diuidetur, & vna retenta à successoribus masculi, ad alteram, & sic ad dimidiam, reintegrabitur fęmina. 5

At si in eodē numero filiorū, tres sint masculi, & post mortem vltimi omnes viuerent fœminę, vel descendētes ab ijs, sectio successionis erit pariter in sex partes, quarū tres retinebunt successores masculorum, aliæ tres restituentur fœminis, vel eorum descendentibus, vnicuique virilis: et si vna tantum fœmina superstes esset; vel eius descendentes, alijs mortuis ante extinctionem masculorum, fierent quatuor portiones, tres pro hæredibus masculorum, quarta pro fœmina, vel eius filijs, ita vt semper pro numero succedentium diuisio fiat.

LEX. Leges, vndè possint prædicti, & similes casus regulari, sunt potissimum l. 2. C. ad Orphic. dum Impp. Diocl. & Max. præcipiunt fieri diuisiones pro numero filiorum succedentium. Conferunt quoq; l. 1. §. si quis proximior ff. Vnd. Cognat. l. hęc scriptura 26. & l. si separatim 30. De cond. & dem. l. Item prætor §. si quis de suis, & legit. l. inter omnes qui satisd. Cog. & l. si duobus de leg. pri.

AVCT. Habemus quoq; classicos Auctores, inter quos connumeramus Marian. Socin. Senior. in cons. 84. nu. 7. versic. Sed in præsenti vol. 1. Corn. in cons. 314. vol. 4. Capr.

cons.

conf.76.in fin.Brun.de sta. exclus.fœm.art.9.q.10.n.40. Pereg. in tract. de Fid. art. 38. num. 74. Vinc. Honded. conf. 17. Io. Francisc. à Pont. conf. 21. nu. 11. & conf. 68. num. 12. & Eugen. conf. 6. nu. 12. & seq. & secundum istam partitionem iudicauit Senis Borg. vt ipse plenè comprobat in Dec. 1. per totum par. 4.

Potentior ratio est, quę colligitur ex eodemmet statuto 153. dum in fine exprçssè ordinat, deficientibus masculis fœminas, prius exclusas, reintegrari. RATIO
6 † Siquidem reintegratio nil aliud est quàm restitutio ad illud, quod fuit antè ablatum l. 1. & l. quod si minor §. restitutio de Min. l. restituere de verb. signif. Tess Decis. 29. num. 4. cum alijs adductis ab Odd. de rest. in irreg. art. 4. q 1. & à Borgn. d. Decis. 1. nu. 6. nihil enim aliud fuit ablatum, quàm illud, quod à nobis fuit concessum, tantam enim partem habuissent à principio, per ea, quæ tradit Socin. conf. 52 nu. 6. & seq. vol. 3.

7 Prædicta † ratio semper quadrat, quamuis secundũ diuersos casus, diuersam concesserimus portionem, pars.n. quæ vacat ex fœminis, nõ adeuntibus, per ius non decrescendi impinguat totum corpus hæreditatis Dec. conf. 434. nu. 8. & seq. Salic. in d. l. 2. Franc. Dec. 105. n. 28. in pri. par. † nulla prorsus habita ratione mortuarum,
8 vel alio modo deficientium antequam fœminis deferretur hęreditas, quia reputantur non natę, & ideò non magis eam transmittere possunt, quàm hęredes conditionales, si moriantur ante implementum conditionis Socin. d Conf. 52. n. 4 & seq Io. de Mont. Sperell. conf. 23. n. 24.
9 cum deductis à Borgn. d. Decis. 1. n. 14. † Ab extinctione enim masculorum incipiunt ius habere, & deferri sibi hæreditatem, ideò prætęritę non primum possent maternum testamentum impugnare Gabriell. tit. de statut. concl. 4. nu. 15 & seq. & refert Borgn d. Decis. nu. 16.
10 Morte verò † masculorũ, cum ipsi à principio ob sibi delatam

delatam successionem, tum ex iure communi, tum ex statuto, numerum fecerint, & suam portionem irreuocabiliter receperint, & ad suos hæredes transmiserint, nullum commodum potuit afferri cohęredibus, nec hæreditas impinguari, vt deindè fœminæ viuentes tempore extinctionis masculorum, vel repræsentantes illas † (datur enim his casibus repręhesentatio in descēdentibus Borg. d. Decis. 1. nu. 17. & num. 21.) possent ampliorem partem consequi. 11

ILLAT. Data reintegratione, † In computatione materiæ successionis, Borg. qui plenè hanc materiam dilucidauit, vult venire fructus ciuiles, siuè pensiones, & census annuos, prouenientes à stipulatione, & pacto matris, si non sint ex acti à masculis, quamuis maturi, ijs viuentibus; sicuti † cedunt in beneficium fideicommissariorum, non hęredis grauati, argumento textus in l. postulante §. Sed huiusmodi ad Trebell. Franc. & alij, relati ab eodem Brogn. ibid. nu. 46. 12 13

EPITOME

Vterinus cum vtrinque coniuncto æqualiter fruitur commodo ob communes sorores exclusas, quas tamen non magis excludit solus, quàm quilibet alius insuccessibilis.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Proponitur dubium.*

2 *Resolutio Senensium ad fauorem fratrum vtrinq; coniunctorum.*

3 *Con-*

3 *Contrarium tuentur Gabriell. & alij.*
4 *Persona, à nemine exclusa, succedit æqualiter cum non exclusa.*
Persona exclua habetur pro mortua.
5 *Portio personæ exclusæ accrescit ad fauorem omnium succedentium in pari gradu.*
6 *An Vterinus frater concurrat cum Vtrinq; coniunctis ad dotandas sorores exclusas, remissiuè.*
7 *Vterinus ex hoc statuto non excludit sororem Vterinam.*
9 *Masculi, solum habiles ad succedendum, excludunt sorores ex hoc statuto.*

OBSERVATIO II.

EX eadem materia reintegrationis oboritur alia, non leuior difficultas, & est in Iure accrescendi, seù potius in iure non minuendi inter Fratres vtrinq; coniunctos, & vterinos, ob portiones vacantes, respectu fœminarum exclusarum, † exempli causa, Mater habet ex
1 vno, & altero Matrimonio filios masculos; qui agunt de excludendis fœminis; ex primo, puta, vnum masculum, & duas fœminas; ex secundo duos masculos, & vnam fœminam, an portiones fęminarum augeant solum portiones fratrum vtrinq; coniunctorum, an etiam vterinorum quoq;: ardua quidem controuersia, defensata ab vtraq; parte à grauissimis Doctoribus.

Nostri Senenses † fauent Fratribus vtrinq; coniun-
2 ctis, inter quos primus est Marianus Socin. Sen. in cons. 5. & 84. vol. 1. & alter Socin. in consil. 241. vol. 2 Hos sequuntur Ruin. cons. 39. in 3. Abb. cons. 111. in 2. Ias. in l.

in l. seruo legato §. si testator num. 6. de leg. pri. & Alb. Brun. in tract. de stat. exclus. fœmin. art. 13. q. 3. testatur, communiter in praxi obseruari.

OBSER. Hieronym. Gabiell. Roman. † in conf. 15. præsertim nu. 14 vers. Cont. opinio, quæ verissima est, &c. diuersam opinionem tuetur, & concludit ad fauorem Vterinorum, tradens, portiones fœminarum augere in communi totam hæreditatem ad commodum Vterinorum fratrum, nè dum vtrinq; coniunctorum, cui opinioni, pace nostrorum, libentius subscribo. 3

LEX. Ex fonte legũ, mouet me textus in l. 2. §. sed si fuerat ad Tertill. in l. fin. § sin autem defuncta C. ad Tertill. & in §. Si fuerat Inst. eod. tit. ad Tertill. nec sunt spernendæ l. 2. §. si duo de collat. bon. & l. 1. §. qui habet ff. cont. tabul.

AVCT. Ex turba Scribentium libenter cum Hieronym. Gabriell. in d. conf. 15. cumulabo Corn. conf 10. volu. 3. Signor. conf 98. Brun. d. art 13. q. 3. & faciunt Bald. Castr. & Corn. in l. si viua matre C. de bon. matern. consultò alios ommittens, cum Gabriell. d. loco, præsertim nu. 13. & seq. & nu. 29 neget opinionem Mariani communem esse, & hanc verissimam prædicet, post num. 22. vers. Non obstat igitur, & longiori sermone conetur respondere rationibus Mariani, quarè aliud addere superuacaneum puto.

RATIO Ex rationibus illam adducam, qua potissimum vtitur Gabriell. d. nu. 14. post d. vers. Contraria tamen opinio, hoc est Personam, à nemine exclusam, æquis portionibus admitti cum non exclusa, exclusa porsus perinde, ac si non adesset, iudicata, ac penitus pro mortua reputata Corn. in d conf. 10. & in d. l. si viuia de bon. matern. 4

Et † cũ verè mortua non sit, & possit aliquando succedere, non plus iuris habebit, quàm is, qui in secundo gradu institutus est, quo casu portio exclusi accrescit omnibus, existentibus in pari gradu successionis Bart. in 5

l. re

l. re coniuncti de leg. 3. in 6. quæst. & ibi Iaſ. num. 61. & ſeq. Panorm. conſ. 286. vol. pri. & alios cumulat Gabriell. alleg. conſ. 15. num. 18.
6 † Qui poſt num. 30. & ſeq. ſubtiliter diſputat, an reſpectu huius lucri, Vterinus teneatur concurrere cum vtrinq; coniunctis ad dotandas has excluſas ſorores.

7 Et † ſtantibus prædictis, iuxtà factum propoſitum, ſi moriatur frater, ſolus ex primo matrimonio, non dubitarem, partem quartam cuilibet ex ſororibus dare, quippè quæ nec à iure potuiſſent excludi à Fratribus Vterinis tantum, ad quos noſtrum ſtatutum non porrigitur, vt ipſe obtinui pro Domina Olympia de Gabriellis nobiliſſima, atq; honeſtiſſima Fœmina, & Matrefamil. ſolertiſſima, vxore D. Hieronymi eiuſdem familiæ de Gabriellis, dum petebat admitti ad ſucceſſionem D. Portiæ de Beringuccijs matris cũ maiore fratre vterino, & allegaui inter alios Socin. Sen. conſ. 84. vol. pri. & Marz. in conſil. 9. num. 18. prædicantem, temerarium eſſe aliter iudicare. ILLAT.

8 Hoc † idem contingeret, ſi maſculi hæreditatem repudiarent, vel eſſent aliquo modo incapaces ſucceſſionis, vt ſunt fratres, vouentes paupertatem, etiam in cõmuni, vel exules, & ſimiles, argument. l. 2. ad Tertill. & L. 1. §. filiam vbi Bart. & Angel. ff. contr. Tab. cum alijs adductis à Corn. conſ. 314. lict. E. vol. 4. & à Gabriell. alleg. conſ. 15. num. 29. De Clericis autem, & ſimilibus quærite apud Socin. conſ. 241. vol. 2. in 1. col.

Quid autem Iuris ſit in prenarratis caſibus de lucro, facto à Matre occaſione cuiuſq; matrimonij, puta. Antiphati, optimè reſoluit Marian. d. conſ. 84. in fin. hoc eſt, habendam eſſe rationem cuiuſq; matrimonij, ità vt filij conſequantur ſoli quę conſequuta fuerit Mater occaſio- matrimonij, ex quo nati ſunt, ad quę conferunt ea, quę Scriben. tradunt in l. Hac adictali C. de ſec. nupt.

ACADEMIA DECIMATERTIA.

De Clausulis Vltimarum Voluntatum.

EPITOME

Clausula si non valet vt ago, &c. substinet testamentum Filijfamil. saltem in vim Donationis causa mortis.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Filijfamil. nec patre permittente possunt testari.*
2 *Senis, & ferè per totam Italiam substineri possunt testamenta filiorum famil. stipulante eo, cuius interest, vel Notario pro eo.*
3 *Notarij in testamentis solent ex stilo apponere Clausulam, si non valet iure testamenti &c.*
4 *Testamenta filijfamil. substinentur tanquam Donationes causa mortis.*
5 *Clausula prædicta operatur, dispositionem valere in uim Codicillorum, vel donationis causa mortis.*
6 *Dispositio, quæ non potest valere, vt testamentum, substinetur modo, quo potest.*
7 *In Clausula Codicillari non sufficit vti verbis præsentis temporis, sed necessarium est apponere etiam futurum.*

8 *An*

8 *An de bonis Castren.& quasi, vel aduent. in quibus patri non quæritur Vsusfructus, filius testari possit.*

9 *Intell. §. pri. Auth. Vt lic. Mater, & Auia.*

OBSERVATIO PRIMA.

De Clausula Codicillari.

1 QVAMVIS clarum sit † filios, sub potestate Patris constitutos, nec quidem, eo permittente, testandi ius habere l. Tam is 25. in fin. de donat. caus. mort. l. qui in potestate ff. de testamen. l. Senium, vbi gloss. & DD. C. qui testam. fac. poss. tradit Clar. in §. testementum quæst. 18. ex communi, & post eum Hieronym. Gabriell. cons. 107. nu. 2. vol. 1. cum alijs latè congestis à Bellacomb. lib. 6. Recept. Sent. tit. de test. num. 145.

2 Dicam † tamen hodie Senis, & ferè per vniuersam Italiam, disposita in testamentis filiorumfamil. eo præsente, & acceptante, cui relinquitur, vel saltem Notario, nomine ipsius, adhibito quoq; parentis consensu; valere. OBSER.

3 Substinentur † enim huiusmodi dispositiones tanquam Donationes causa mortis, quę filijs, etiam paternæ addictis iurisdictioni, à legibus permittuntur.

Legendus est Vlpian. lib. 48. ad Sabinum in l. 7 filiusfamil. §. Pari, tit. de donat. & Mart. lib. 9. Instit. in d. l. Tam is §. filiusfamil. de donat. caus. mort. LEX.

Defenditur à Iul. Clar. in §. Donatio, quæst. 6. num. 8. & ab Ioa. Vaud. quæst. 1. lib. 1. Varr. quæst vers. si enim fecerit ex permissa. nec videtur dissentire Tesaur. inter Decis. Pedem. Decis. 150. nu. 12. & in hoc DD. concordare, testatur Socin. Sen. cons. 112. vers. Aliquando, & secundo. vol. pri. AVCT.

RATIO Ex † consuetudine enim Notariorum semper in Testamentis apponitur Claus. si non valet iure testamenti, 4
quam vulgò Codicillarem appellant,† quę id operatur, 5
vt si dispositio non valet , prout disponitur, hoc est pro testamento ; valeat saltem in vim Codicillorum , & in filiofam. potissimum, Donationis causa mortis, vt tradit post relatos Gambas in tract. de Claus.

Et ideò † dispositio illa, quæ non poterat valere tanquàm testamentum, in filiofamil. valebit tanquàm Donatio causa mortis Socin. d. consil. 112. vers. Quod aliquando d. Claus. vol. 2. & testatus de communi cons. 125. in princ. vol. 3. 6

Cauendum tamen est, quoniam ad hunc effectũ † non sufficit fortè concipere hanc Clausulam per tempus præsens (si non valet) nisi dicatur quoq; per futurum (vel valebit) vt tradit Bart. in l si ita scriptum , in fin. ff De leg. 2. cum alijs alleg à Gabriell. cons. 169. num. 55. in princ. & plenius ab altero Gabriell. in commun. tit. De Claus. Claus. 8. 7

ILLAT. Attamen † in bonis filiofam. datis sub conditione, nè ad Patrem pertineat vsusfructus, non minusqu m in castrensibus, vel quasi, factã dispositionẽ, crederẽ posse sustineri, nec egere hac Claus. vel cautione ; absolutè enim vti testamẽtum valere defenderem , auctoritate d. Vaud. in d quęst. pri. ob nouam Iustin. constitutum in §. pri. Auth vt lic matr. & Auiæ. 8

Quamuis † hunc textum restringant aliqui ad dispositiones inter viuos , vt refert Crauett. cons. 92. num. pri. vol. pri. & faciunt ea, quæ traduntur à Clar. d. q. 18. num 2 quæ tamen sunt consideranda, cum ipse Clar. velit filium testari de bonis Castrensibus, vel quasi. 9

EPI-

EPITOME

Clausula omni meliori modo, vt operatur solutionem integram legatorum, non obstante Falc. ità operatur validitatem testamenti, si vitium sit in ordinatione legitima.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Falcidiam in testamentis prohibere, prohibitum est.*
2 *Iust. concedit expressam Falcidiæ prohibitionem.*
3 *Clausula, omni meliori modo, ex stilo Notariorum adijcitur in testamentis.*
4 *Stante ista Clausula in testamento, legata tota soluuntur, & nu. 7.*
5 *Eadem Clausula censetur prohibita Trebellianica.*
6 *Expressio duplex est, implicita, & explicita.*
8 *Verba (soluantur legata tota, & integra) importat expressam prohibitionem Falcidiæ.*
9 *Clausula, omni moliori modo, operatur expressione implicita.*
10 *Testamentum, relatum ad Schedulam dicitur factum nuncupatione, idest expressione implicita.*
11 *Clausula, omni meliori modo, operatur relictum filio referri ad legitimam.*
12 *Item relictum censeri Iure constitutionis.*
13 *Hoc ipsum facit Clausula Codicillaris.*
14 *Potētior est Claus. omni meliori mō, quàm Codicill.*
15 *Iuramentum habet uim Claus. omni meliori modo.*

OB-

OBSERVATIO II.

De Clausula omni meliori modo.

LICET; postquam Falcidius in fauorem testamentorum detractionem in legatis induxit; † iura constituerint, nè quidē Testator eam posset prohibere vulg. 1
l. quod de bonis §. 1. ad leg. Falc. † Nouissimis tamen 2
Constitutionibus, ex benigna Iust. ordinatione, fuit concessa renunciatio, dummodo expressè testator id peregerit §. Hinc nobis Auth. re hæred. & Falc. quem Compilatores congesserunt in lib. 6. C. sub eod. tit. in Auth. sed cum testator.

Inuestigent † tamen accurati legatarij, si dubitent de 3
OBSER. resecatione legatorum, an sit in tabulis testamenti Claus. (omni meliori modo) solet enim frequenter in similibus dispositionibus à Notarijs accomodari † Tunc.n.quamuis 4
expræssa Falcidiæ, vel Trebell. prohibitio non reperiatur in testamento, crederem posse defendi legatum, vel Fideicommissum integrum, & absq; vlla diminutione esse soluendum, & Falcidię præsumi renunciatum, ac Trebellianicæ.

LEX. Possumus recurrere ad ponderationes, quę fieri possunt ad textum in l. 2. §. Ad filiorum in prin. C. quando, & quibus quart. pars debeat. lib. x.

AVCT. Et in vtroq; casu post Ruin. tradit Hieron. Gabriell. cons. 86. nu. 22. vol. 2. quos cumulat Menn. Prę́s. 198. num. 31 in 4. lib. Præsumpt.

RATIO Sed ratio est aduertenda † duplex est modus rerum 5
exprimendarum: vnus explicitus, alter verò implicitus, vt tradunt Scribentes in l. hęredes palam de testam. Quo sic stante, quamuis testator vere explicitis verbis, & claris detractionem hęredi non inhibuerit, cum tamen prę-

fatam

fatam clausulam adiecerit, saltem implicitè, eam prohibuisse censetur † Illa enim refertur ad exequutionem,&
6 ad actũ consequendi rem legatam; ita vt; quemadmodũ Gabriell. vult d. nu. 22. idem operetur, ac si testator dixisset, volo, vt legatarij consequãtur legatum integrum,
& nulla in parte minutum, omni modo meliori. † Quo
7 casu Falcidiæ renunciatum docet Accurs. in gloss. fin. l. Decem de fideicommiss. libert. & per consequ. legata
8 integra sunt persoluenda; † & ex dicta causa dicetur renunciatum Falcidiæ expræsse, expressione tamen implicita † Quemadmodum in simili in testibus dicitur,
9 eos expresse intellexisse contenta in testamento ex declaratione testatoris per relationem ad Schedulam, vel quouis alio modo implicato, & de ijs ità intellectis expresse deponere Bart. & DD. in l. si ità scripsero in fin. De cond. & dem. Castr. in l. vti autem §. sed qui vinum num. 2. de verb. oblig. Ias. in l. questione nu. 13. & seq. C. de Fid. cum alijs connumeratis à Lud. Zunt. in consil. pro vxor. num. 95.

10 Defendit † ergò Clauf. hæc (Omni meliori modo) in fauorem legatarij, totalitatem, (vt ità loquar) legati; vt defendit in fauorem hæredis, totalitatem testamenti, portendens, relictum à testatore referri ad legitimam, si fuerit factum ei, qui redderet testamentum nullum, si illa orbatus esset, vt sunt qui nascuntur inter liberos, & in prima causa succedendi Bald. in l. quoties C. famil. ercisc. Gabriell. cumulat alios, idem tenentes cons. 24. num. 9. eod. vol. 2.

11 Et † relictum censeri factum; ad substinendum testamentum; iure institutionis Io. Durant. de Art. test. tit. de liber. instit. & exhæred. caut. pri. num. 6. tit. de hæred. instit. caut. pri. & tit. de legat. caut. 2. n. 5. Seraph.
12 de Priu. Iur. Priuil. 97. n. 12. † Quæ virtus, atq; efficacia non minus conceditur à nostris Clausulę Codicillari, vt osten-

ostendit idem Durant. d. caut. pri. de Hæred. institut. Quamuis † longè maior reputetur uis Clausulæ omni 13
meliori modo, quàm Codicillaris, vt docet Curt. Iun. consf. 169. n. 7. per quem Seraph. in d. tract. de Priuileg. Iur. Priuileg. 74. nu. 195. & Priuileg. 93. nu. 4. † Huius 14
autem clausulæ exprçssio, facta quodammodo censetur per Iuramentum, vt post Seraph. d. nu. 8. refert Illustriss. Mantic. lib 1. cap. 9. nu. 12. de coniect. vlt. vol. & antè vtrumq; recenset Gabriell. tit. de testam. concl. 5. nu. 10.

Finis Secundi Libri.

AL.

ALCIBIADIS LVCARINI
PATRICII SENENSIS
OBSERVATIONVM
PRACTICARVM IN ACADEMIA VNITORVM TRACTATARVM
LIBER TERTIVS.

AD IVDICIA.

ACADEMIA PRIMA.

De Interrogationibus Iudiciarijs.

EPITOME

Cum Positionibus non sit respondendum, cum agitur de Dominio euincentis, emphiteuta non compelletur respondere positionibus Aduersarij, nec minus ipse debet Aduersario positiones proponere.

Hh SVM-

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Positionibus Aduersarij tenemur regulariter respõd.*
2 *Cum agitur de Dominio euincentis possessor non tenetur respondere positionibus.*
3 *Onus probandi pertinet ad actorem.*
4 *Positio respiciens dominium, dum agitur de dominio euincentis, reputatur impertinens.*
5 *Positioni, quæ illaquearet respondentem, non tenemur respondere.*
6 *Possessor in lite mota tenetur defendere Auctorem suum, propter euictionem.*
7 *De re emphiteotica non licet facere compromissum.*
8 *Emphiteuta non facit positiones aduersario suo.*
9 *Nec sibi propositis respondet.*
10 *Positionibus contrarijs non est respondendum.*
11 *Ratio noua, cur reus cum non teneatur edere Actori, teneatur resp. positionibus, remissiuè.*

OBSERVATIO PRIMA.

IN Iudicijs † est diligenter aduertendum, cum ex 1
communi sententia per Accurs. & DD. in l. 2. §. qui obseruare C. de Iureiur. propt. calumn & in l. 1. C. de
OBSER. Edend. necnon per Alex. & cæteros in l. si duo §. idem Iulianus ff. de Iureiur. receptum sit, Aduersarij Positionibus esse respondẽdum; nè maximos in laqueos perducamur,
dum † agitur de Dominio euincentis, eo enim casu pos 2
sessor non tenetur respondere.

Probat secundum omnes l. In speciali 73. de rescind.
vend. † quoniam ibi clarè I. C. respondet, etiam in hu- 3
iusmodi

iusmodi actionibus onus probandi pertinere ad Acto-
11 rem, prout est regulare l.4. C. de Edend. l. nimis grauè
C. de Test. vulg.

In puncto Bart. in l. At qui natura §. quod me absen- AVCT.
te n.5.De.Neg.gest.Bald. in d.l.In speciali Imol. in l.fin.
de empt.& vend.Specul. in tit. de test. §. Nunc videndũ
est à vobis Marant. in Prax. tit. de Interrog. num. 13. &
Caballin.in tract. de Euict.§.5.num.5.

4 Quod ex eo factam est † cũ huiusmodi positio imper- RATIO
tinens reputetur à nostris Bart d.loco Castr.in l.Annicu-
culum n.3. de transact. Lanf. in c. qm̃ contrà de probat.
5 † Ilaqueat .n. respondentem: Nam vel negat Reus, &
fortè peieraret; vel confitetur, & pręiudicat confessione
6 suis Auctoribus,quod ei non licet,quippè † cum tenea-
tur causam defendere, & se opponere Aduersario, nec
vllo modo cedere, nec minus colludere l.sic cũ venditor
in princ.de Euict.Bart.d.loco, Caballin. d.§. 5.num.63.

7 Hinc † in controuersijs de rebus emphiteoticis, vt ILLAT.
non potest emphiteuta facere compromissum, vt tradit
Io. Bapt.in tract.de Arbitr.lib.2.c.16.n.23. ità nec pro-
ponere Aduersario positiones,vt per Gulielm.de Cunig.
& Rom.in l.Iusiurandũ ex conuentione §.1.ff.de Iureiur.
tenet Vezzin. in commu.tit. de Iur.emph. num. 32. vol.
8 1. † Nec propositis ab Aduersario cogi respondere: ne-
gando enim caderet à suo iure, quod Domino directo
adijceretur argument. text. in cap. Propter tit. locat. &
l. edes eod. tit. in lib. 4. Codic. Speculat. pariter in tit.
9 locat. §. Nunc vero aliqua quæst. 65. nouissimè Abbas
Corbul. plures allegans in tract. de cau. ex quibus quis
cadat ab emph. de caus. ob mendac.nu. 2.& 3. cum seq.

Positiones † autem contrà positiones,vel quouis mo-
10 do inter se contrarias, nec in his, nec in alijs quibusuis
causis fieri non permittitur, argum. tex.in l.si quis liber-
tatem §. fin. De petit. hæred. & clarè tradit Iacob. de

Aren. in Tractat. posit. §. pri. num. 5.

Hęc aũt oĩa † latè comprobauimus nos in antiquissimo Gymnasio Salernitano dum l. 1. C. de Edend. interpraetati sumus anno 1607. ad 3. p. cap. 15. vbi inuestigando subtiliter, quę sit ratio, cur reus teneatur respondere positionibus, cum alioquin instrumenta, vel rationes edere non teneatur d. l. 1. de edend. & l. 4. & fin. illo tit. cum l. nimis grauè C. de testib. & nouam, & reconditam retulimus rationem, Auditoribus nostris non ingratam. 11

EPITOME

Tacens titulum, quamuis victor, condemnatur in expensis; non secus ac is, qui dolo distulit exhibitionem instrumentorum.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Pot quis interrogari aliquando, quo titulo possideat.*

2 *Condemnatur in expensis qui reticuit titulum, vsq; ad finem, etiam quod existat victor in causa.*

3 *Reticens dolo quod non debet dannatur in expensis.*

4 *Retinens instrumenta, & occultans vsq; ad finem causae, condemnatur in expensis.*

OBSERVATIO II.

INTER alias interrogationes iudiciarias † frequens illa est, qua solet interrogari Reus, quo titulo possi- 1
OBSER. deat † In casu autem, in quo tenetur respondere (cum 2
regulariter non compellatur l. cogi de pet. hæred. Curt. tradit in tractat. posit. num. 39.) quo titulo possideat, si nolit

si nolit exprimere titulum, (vt conseruetur in sua possessione) quem tamen in fine detegit, etiam quod vincat, condemnatur in expensis.

Optimum argumentum desumitur ex tex. l. Nō ignorat C. de fructib. & lit. expens. & l. proponendum 11. in princ. C. de iudic. LEX.

Adamussim, ex istis iuribus tradit Bald. in l. cogi num. 11. C. de pet. hæred. & per eum Asin. in Prax. ad stat. Florent. §. 32. Ampl. 78. AVCT.

Ex Robert. Maranth. in Prax. iudic. par. 6. Memb. 7. sub nu. 3. ratio de sumi potest, † Condemnatur .n. in expen- RATIO
3 sis reus victor in causa principali ob dolum, reticendo .n. vexauit iniustè Actorem, cum potuisset, manifestando titulū, eū à limine iudicij remouere, tenet idem Asin. ibid.

Ità in simili † condemnatur pariter is, qui vicit ope
4 eius instrumenti, cuius exhibitionem, vsque ad finem ILLAT.
causę dolosè distulit Ias. in l. properandum §. sin autem num. 12. de Iudic. Dec. & Cagnol. in Reg. qui in alterius de reg. iur. cum latè adductis ab Asin. alleg. §. 32. lim. 18.

ACADEMIA SECVNDA.

De Appellationibus.

EPITOME

Malleatores, Fabri lignarij, & Studentes quoq; à Professoribus, vel Aduocatis, etiam in die feriata, victi non appellant.

SVM-

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Circà Domum Auctoris multi Fabri exercent.*
2 *Artifices obstrependo impediunt lectores, & Auditores.*
3 *Habitantes propè Nilum ob strepitū Aquarum obsurdescunt.*
4 *Ab assuetis non fit passio.*
5 *Auctor posset Fabros repellere à suis officinis.*
6 *Scolaris, scolarem impediens, altè loquendo, vel Meretrices in Domum inducendo, potest expelli.*
7 *Expulsus ob hoc remedium non appellat.*
8 *A quocunq; grauamine regulariter potest appellari.*
9 *Vbi celeritas requiritur, non datur appellatio.*
10 *In causa studij inest fauor publicus.*
11 *Causa studij tractatur etiam die feriata.*

OBSERVATIO I.

CIRCVMSTANT † Domum meam Malleatores, & Fabri Ferrarij, nec non lignorum, quamplures, vt vos ipsi testes estis validissimi † quippè qui sepissimè ob eorum sæuos, frequentesq; ictus, nunc à lectionibus audiendis, nunc verò ab ijsdem legendis, non mediocriter distrahimini, & quidē validius quàm ipse, cui; vt † solet accidere ijs, qui propè Nilum commorantur, vt M. Tullius obseruat; videntur in aliquā parte occlusę aures † vel saltem, (q magis est credendū) ob frequentem cōsuetudinem, vel nulla, vel minor infligitur passio: Ex † quo in commune cōmodum possem ad libitum eos ex proprijs officinis deducere, deq; ipso loco, iure me- 1 2 3 4 5
dio,

dio, repellere ex Priuilegio Iuris communis Lectoribus,
6 atq; Aduocatis,& fortè, † & verius loquar,si non dixerim fortè, Scolaribus ipsis concesso,vt latè tradit post Accursium Bart. in l. prima nu.30. ff. sol. matr. vbi Rom. & alij, & post Tractantes de Priuileg. Scolar.Menoch.in in 15.Rimed. recuper. poss. num.33.

7 Et † prædictum Priuilegium, nè dum prodest in istis terminis, sed arctius etiam quando, puta, Scolares in eadem Domo commorantes, se impedirent, vel alta voce loquendo, vel ludendo, vel,quod peius est, Meretrices, aut alias personas infames in domo inducendo, delinquens enim eijci, atq; expelli potest l. vnic. in fin. C. de Stud. liberal. art.lib.11.Roman.in d.l.1.nu.35.

8 In † istis enim casibus, victi in iudicio primæ instantiæ non possunt causam per appellationem ad alios Iudices transferrè, sed sententię, absq; vlla prouocatione parere tenentur. OBSER.

Quis .n. non dicet, deduci ex l. fin. de Appell. recip. dum exprẹssè Paul. IC. ait Apellationem non recipi,vbi res celeritatem desiderat. & facit Modest. in l. constituimus 16. de Appellat. ibi (statim). LEX.

Est conclusum à Bal. in l.Vnic.C.si de Moment. poss. n. xi. vbi Addent. & ibi Contard. in 3. limit. sub nu. 50. allegans Ias.in l. 1. §. excipitur in prin. de fer.facit Natt. in cons. 210.nu.8.& seq.vol 1. approbatus à Viu. in tit. si de Mom. poss. num. 6. vers. & quemadmodum 2. vol.
9 Comm. Opin. † Non obstante reg. A quocunq;, etiam minimo, grauamine appellari posse, de qua in c. Appellationibus, cum alijs similibus de Appell. Socin. in reg. 24. & latè tradit Odd. in tract. de rest. in integr. quæst. 4. num. 112. AVCT.

10 Ab ea † enim discedere possumus quotiescunq; casus celeritatem desiderat, vt accidit in proposito, pro quo semper recurritur ad d.l. fin. de appell. recip. & faciunt RATIO

alleg.

alleg. DD. quibus addo Osarch.Decis. 68.nu.30. † prę- 11
sertim cum in eo de Studijs liberalium artium,hoc est,de
pnblica vtilitate pertractetur §. fin. in Proem. Inst. Bart.
& Apostill. ad eum in d.l. 1. solut. matr. & Menoch. lo-
co pręcitato.

Ob † quas rationes,etiam die feriato in honorem Dei, 12
causa pertractari potest Host. in summ. de ferijs, quem
refert, & sequitur Ias. in d. §. excipitur.

EPITOME

In Iudicijs possessorijs, si detur appellatio, solum deuolutionem causæ, non suspensionem operatur.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Interposita appellatione, suspenduntur omnia, nec Iudex potest exequi.*
2 *In possessorijs prohibita est appellatio.*
3 *In terminis l.fin. de edict.D.Hadr.tollend. est prohibitum appellare.*
4 *In possessorijs, vbi permittitur appellatio, illa operatur solum deuolutionem, non suspensum.*
5 *Causæ possessionis desiderant celeritatem.*
6 *Cauendum est, ne litigantes veniant ad arma.*
7 *Ne committantur scandala receditur à reg. Iuris.*
8 *Appellatio friuola, vel nulla, aut quæ pro tali haberi potest, non tardat exequutionem.*
9 *Appellatio à præcepto de residendo non ligat manus Episcopi; quin non mittat actorē, & Vicariū.*

Ob-

OBSERVATIO II.

1 INterpositâ † appellatione, suspenduntur omnia, nec ipse Iudex, qui sententiam tulit, eam exequi valet c. non solum 5. De Appell. in 6. Titul Nil nouand. appell. pend. in rub. & Nigro Robert. Marant. in 6. part. Tit. de appellat. num. 181. cum alleg. passim ab alio Robert. Lancellott. scilicet in tract. de Attent.

2 Verum enimuerò † in possessorijs Iudicijs, in quibus regulariter est prohibita appellatio gloss. in l. Vnic. in Verb (Momento) C. si de mom possess. Angel. in cons. 46 Aret. cons. 106. Boer. cons. 43. num. 16. Lancellot. alleg. tract. limit. 25 capit. 12. cum alijs enumeratis à Cacher. Decis. 25. nu. 4. & nu. 18. ostendit id esse commune, quod asserit quoq; Vezin. in tit Quorum appell.
3 non recipiat. n. 22. ·l. 2. recept sent. † vt profectò accidit in casu l. fin. C. de edict. D. Hadr. tollend. probante textu in l. quisquis C. Quorum appell. nō recip Cęsar. Contard. in d. l. Vnic. in vlt. ration. decidendi n. 24. & seq. in Ampliat. seu quasi nu 105. & in limit. 17. nu. 25.

Si † verò aliquo fauore singulari est permissa appel-
4 latio, ea tamen conceditur solummodo ad effectum deuolutiuum, non autem ad suspendendam exequutionē, prout accidit in summarijs possessorijs extraordinarijs momentaneæ possessionis. OBSER.

Per vos optimè videtis vndè sint potiorafundamenta, cum iam fuerit deducta l. Vnic. C. si de mom. possess. nisi fortè desideretis approbationem ex iure Pontificio, quo casu, excito c. de possessione 2. quæst. 6. LEX.

Auctoritas quoq; non leuis elicitur ex relatis, ideò videte Marant. alleg. loco sub num. 184. cui addo Iacob. Men. in 9. Remed. Recuper. poss. num. 322. & communem, & veriorem affirmantem, vt etiam testatur Michael Crass. in tit. si de moment. possess. fuer. appell. nu. 5. d. AVCT.

Ii vol.

vol.2.commu.opin.& ibid. Vezin. quoq; nu.6. in par.1. Lancell. d. limit. 25. num. 3. & seq & reperitur Decisio expręssa Rot. Bonon. apud Petr. Benint. Decis. 79. pręsertim n.6. quem refert,& sequitur Contard. d.loco lim. 3.num.49 Afflict. verò in Decis. 77.num.8. affirmat,ità in Sacro Concilio fuisse iudicatum. His addo Mandos.& alios cumulatos à Crass. in d.n.6. versic. Sed prima opinio,& à Sebast.Med.Decis. March.22. n.7 & seq.

RATIO Si quis autem desideret rationem, profectò non longè discedat à ratione expręssa in superiori Obseruatione, desiderat † enim celeritatem, vel maximam, etiam hæc 5
causa possessoria. † nè litigantes,de ea contendendo,veniant ad arma, argument.l.fin. ff. de appellat.Contard.d 6
nu.49. † Nè ergò committantur scandala, permissum 7
est hac in re à regulis iuris recedi,vt ostendit Felin.in c.2 de præscript. & sequitur Benintend. d. Decis. 79. nu. 2. præsertim cum parum afferat pręiudicij, vt ostendit passim Contard. in d. l.Vnic. & sonant verba rubricæ.

ILLAT. Et cum regula pręd. in alijs quoq; plerisq; casibus fallat, † in eo potissimum non suspendetur exequutio, in 8
quo appellatio vel esset, vel reputaretur friuola, vel frustratoria, aut nulla Bald cons.367. in princ. Franc.in c. peruenit il 2. de appellat. Lancell. d.c. 12. limit.6. nu.6. & seq Vndè † Episcopus, non obstante appellatione à præcepto de residendo, facto Canonico, potest 9
constituere Vicarium, atq; actorem, alendum de fructibus præbendę, vt ibid. ostendit Lancell & plenius lim.8.

EPITOME

Appellans deficientiam sententiæ supplet confessione partis, quæ si fortè eam negaret, contrà victum illa non vtetur.

SVM-

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Appellans tenetur producere sententiam Iudicis à quo, de qua quæritur.*
2 *Senis Actor tenetur exhibere omnes scripturas, de quibus facit mentionem in petitione.*
3 *Non edenti scripturas imponitur silentium.*
4 *Appellans potest interrogare victorem, reportauerit nè sententiam fauorabilem.*
5 *Victore confitente, se habuisse sententiam fauorabilem, victus non tenetur eam edere.*
6 *Victor, negans sententiam fauorabilem, non potest deinde illa vti contrà victum.*
7 *Confessio, & sententia à pari procedunt.*
8 *Nulla maior est probatio quàm partis confessio.*
9 *Contrà propriam Confessionem quis non auditur.*
10 *In libello etiam narratoria afficiunt producentem.*
11 *Standum est dicto eius, qui aliquid contrà se dicit.*
12 *In pœnam mendacij imponitur silentium.*
13 *Ex actu negato negans non iuuatur.*
14 *Negans sententiam, non potest ea vti.*
15 *Negans se Maritum, priuatur beneficio.*
16 *Feudatarius & Emphit. negando, puniuntur.*

OBSERVATIO III.

POTEST contingere, vt qui appellat, aliquandò nec habeat penès se, nec habere possit sententiam, contrà se latam, vel peruicacia Iudicijs, vel dolo Aduer-

sarij, vel distantia loci, aut quouis alio impedimento; & † cum de ea fiat mentio in libello appellationis, vel causæ institutionis, necessarium est, eam omninò producere, ac exhibere Auth. si quis in aliquo, cum materia, C. de Edend. & in terminis nostris loquitur Innoc. in c. 1. de Prob. nu. 3. vbi Abb. & Felin. præsertim sub num. 44. & Alex. cons. 3 vol. 2. † & in foro Senensi est expræssum per constitutionem Statuti sub Rub. de Instrument. edit. quorum ment. fit in pet. vel libell. 66. in 2. dist. † & non edenti imponitur perpetuum silentium Bart. in l. 2. C. de edend. nu. 3. & Alex. d. cons. 3. 1 2 3

OBSER. Euitabit certè difficultatem, ac periculum appellans, si † in ipso ingressu prouocationis Victorem, conuentum interroget, an in eius fauorem fuerit lata sententia, vel nè, cum id ei premissum esse videatur per l. pen. de Interrog. act. & faciunt ea, quæ supra retulimus ex Scribentibus in l. 1. C. de edend. in materia Positionum, in pri. Academia hoc ipso libro. † Et cum ità esse Victor affirmauerit, poterit Actor progredi in appellatione, nec vrgebitur necessitate inueniendi, ac in iudicio proponendi instrumētum sententiæ †; si verò negauerit in suum fauorem latam esse, ea deindè contrà appellantem vti minimè poterit, omneq; beneficiū emanās ex ea, ammittet. 4 5 6

LEX. Facillimè potest trahi ad hos terminos resp. Pauli IC. in l. Non alienum 11. d. tit. de interrog. action. in quo nituntur Innoc. & Doctores infrà allegandi.

AVCT. Qui Innoc. inter alios, manifestè in puncto cōcludit in c. G. Perpetuus de Fid instr. & per eum Balb. de Appell. n. 161. lib. 7. Recept. sent. vol. 2. faciūt Bart. & Alex. alleg. locis, & cumulati per Gabb. de Appell. concl. 5. post n. 5.

RATIO Duo sunt contenta in pręsenti obseruatione, vtrumq; suam habet rationem: in primo dicto, de prosequenda appellatione, non exhibita sententia, est ratio, cum victor ex sua confessione in hac re cōuictus sit l. Perindè ad

leg.

leg. Aquil. & victus habeat propemodum sententiam: Confessio † enim, & sententia à pari procedunt l. post
7 rem iudicatam, de re Iudic. l. 1. & 3. de confess. & l. 1. C.
8 eod. tit. † Nulla enim maior, & efficacior probatio desiderari potest, quàm partis aduersæ confessio, prçcipuè in iudicio facta Corn. conf. 224. in 4. Marant. 6. part. tit.
9 de confess. nu. 21. & seq. † Ideò frustrà ageretur deindè de sententia exhibenda, & de eius promulgatione d. l. 1. C. de confess. † Sic quoq; per contrarium afficeretur
10 ipsè appellans ex his, quæ, narrando etiam, exposuit in libello appellationis l. 2. vbi Bart. Alex. & DD. C. de instit. & substit. Gabriell. in tit. de confess. concl. 4. nu. 3.

In secundo dicto sit ratio, selecta ex Vlpian. 22. lib. ad edict. relato in l. de ætate 12. d. tit. de Interrog. act. præ-
11 sertim in §. Si quis cum hæres, dum ibi dicit † Standum esse dicto eius, qui contrà se aliquid pronunciauerit,
12 nam † quodammodo in pœnam mendacij, & contemptus Prçtoris ei silentium imponitur, vt annuit ibid. Vlp. in §. Si cum esset, præcipuè cum iste victor detrectauerit patefacere sententiàm ad instruendam litem, quod commodè facere poterat, ad tradita per Bart. & Alex. in locis suprà citatis.

Quis enim dicet † Victori licitum esse vti sententia
13 illa, quam seriò in dannum Aduersarij negauit, si vera est decisio textus in c. ex eo, de reg. iur. & in c. cum olim, &
14 ibi. Abb. & DD. de Censib. † Si pariter per contrarium, nec ipse Appellans iuuaretur interposita appellatione, si eam negasset Specul. in tit. de Appell. §. Nunc breuiter vers. Sed pone. cum alijs alleg. à Gabriell. in tit. de reg. iur. concl. 1. num. 3.

Perniciosa quidem res est mendacium, & veritatem
15 negantes certas habent pœnas † ex quo si quis se Maritum esse negauerit, perdit legis beneficium, nè conueniatur nisi in quantum facere possit, Bart. in l. etiam §. 1. ff. ILLAT.
solut.

ſolut.matr.quem refert Vezin. in Comm.tit.ſolut.matr. nu.76. lib.5. recept. opin. mihi vol. pri. † Feudatarius 16 verò, Emphiteuta,& Conductor, necnon ſimiles perſonę ius Dominorum inuertentes , & negantes, rem ad illos pertinere,priuantur ſua poſſeſſione c.1.§. vaſſallus ſi feudum Si de feud.defunct.contend.l.conductores C.locat. & plenè diſcutiens quando,& quomodo prędicta procedant, docet Gulielm. Redoan. in tract.de rebus Eccleſiæ non alien.quæſt. 79. cap. 11. per totum.

EPITOME

Appellans ab interloquutoria debet probare grauamen ex iiſdem actis, factis coràm Iudice, à quo.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Appellans ab Interloquutoria debet probare grauamen ex actis, factis coràm Iudice à quo.*

2 *Appellans à Definitiua poteſt in ſecunda inſtantia ſupplere probationes.*

3 *Ab interloquutoria non eſt licita appellatio, niſi verè fuerit illatum grauamen.*

4 *Senis ex Statuto ſuccumbens in prouocatione facta ab interloqutoria, punitur.*

5 *Senis renunciant expoſitioni grauaminis, quando vident Iudices inclinare contrà ſe.*

OB-

OBSERVATIO IV.

CAVEAT diligenter appellans à ſententia Interloquutoria, & exactè conſideret, an fuerit à Iudice à quo, grauatus, vel nè, & an ex actis, coràm eo factis, exceptionibuſq; , in libello propoſitis, deducatur illatum grauamen † cum in caſu appellationis ab interloquutoria, Regula ſit receptiſſima (quamuis pluribus in caſibus excipiatur) cauſam grauaminis eſſe inſtituendam ex deductis in proceſſu coràm Iudice à quo. OBSER.
1

Habent Canoniſtę textum exprẹſſum in clem. Appellanti 5. de appellat. approbatum ibi a gloſſ. & Scribent. LEX.

Et noſtri quoq; id expræſsè recipiunt, propterea videre Bart. in l. eos. § ſi quid autem C. de appellat. Marant in 6. part. tit. de appellat. nu. 159. Bellacomb. in tit. Quorum appell. non recip. num. 24. infin. 2. vol. comm. opin. † cum tamen ſecus ſit in appellatione à definitiua, in qua procedit reg. communis, Non probatum probabo, vt facit textus in l. pro hac vbi Bart. & DD. de Temp. appellat. AVCT.
2

3 In † interloquutoria .n. quemadmodum docet Bart. in l. ait prætor ff. de Minor. nu. 3. & ſeq. quem refert, & ſequitur Marant. alleg. loco nu. 160 (fortè nè differantur temerè iudicia) non eſt litiganti permiſſum appellare, niſi verè fuerit à Iudice grauatus, cum in definitiua, etiam à iuſtiſſima ſententia poſſit appellari. RATIO

4 Quarè † piè, ac ſanctè Maiores noſtri in hac Ciuitate ſtatuerūt, vt qui ſuccubuerit in prouocatione ab interloquutoria, puniatur certa pœna, vt ex ſtat. ſub rub. de appell. in ciuil. in 2. diſt. colligitur. † Quo ſtante Cauſidici ILLAT.
5 cauti, ſi cognouerint, Iudices contrà ſe inclinare (clarè .n. id ſępiſſimè ſignificant, ad liberandos appellantes à pœna) ſolent expoſitioni grauaminis, iam factæ, antequam cōpleatur tempus pronunciationis faciendę, renuntiare.

EPI-

EPITOME

In causa, quæ vel Statuto, vel rescripto tractatur, sola facti veritate inspecta, proceditur vlterius, nec agitur de reuocandis prius attentatis.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Senis ex Statuto causæ terminatur, sola facti veritate inspecta.*

2 *Gesta, pendente appellatione, reuocantur, tanquàm attentata.*

3 *Vbi agitur ex sola veritate, apices Iuris nõ attenduntur, sed proceditur secundum ius gentium.*

3 *Introductio attentatorum Iuri Ciuili, vel pontificio ascribitur.*

5 *Senis quando proceditur de plano, prosequuntur causam absq; reuocatione attentatorum.*

6 *An Statutum, vel rescriptum ordinans, causas cognosci, sublatis Iuris solemnitatibus, impediat cognosci causam spolij ex cap. reintegranda.*

7 *Causa attentatorum summaria est.*

OBSERVATIO V.

FVIT à Principe commissa aliqua causa, dirimenda cum Clausula, sola facti veritate inspecta, vt sæpissimè accidit, vel extat ius municipale † vt Senis est 1
sub

ſub Rub. Quod ſumm. proced. 4. in 2. diſtin. qua cauetur cauſas cognoſci, ſola facti veritate inſpecta; ſed poſt latã ſententiam, dum cauſa appellationis pertractatur, proceditur in cauſa, & ad inſtãtiam alicuius ex litigatoribus, fortè victoris, fit aliquis actus, puta, exequutio; Is, contrà quem actum eſt, excipit, antè omnia reuocanda prorſus eſſe attentata, nixus in communi reg. † Attentata
2 antè omnia eſſe reuocanda, de qua in c. Non ſolum 7. de Appellat. in 6. & in l. Vnic. ff. Nil nouand. appell. pend. & in l. ex illo C. de Appellat. & in adnot. ibi. & latè per Viu. Opin. 77. relatum in tit. de Appell. nu. 182. lib. 7. Recept. Sent mihi vol. 2.

Contrà † verò, is qui attẽtauit ſe tuetur ex eo, quod
3 illo in Iudicio agatur ſola facti veritate inſpecta: quo caſu nõ ità ſtrictè proceditur, vt non poſſit Iudex progredi ad vlteriora, antequam attentata reuocet. quę ſententia verior eſt. OBSER.

Poteſt confirmari per ea, quæ habentur in Clem. ſępè de Verb ſignif. & in extrauag. Ad reprimendam, vbi obſeruat Bart. Quomod. in lęſ. maieſt. crimin. proced. LEX.

Clarius loquuntur Iaſ. in conſ. 164. vol. 4. quem refert, & ſequitur Hieronym. Manfr. in tract. de Attent. part. 5. num. 20. & de eadem materia tractans Lancell. in d. Pręf. num. 45. & ſeq. per Rub. Alex. conſ. 4. & alios per eos relatos. AVCT.

Nec mirum † quoniam dum agitur, ſola facti verita-
4 te inſpecta, res non diſcutitur secũdum ſubtiliſſimos apices Iuris ciuilis, ſed ſecundum terminos Iuriſgent. tantũ Bart. in d. Extrauag. Natt. in d. Clem. ſæpè Brun. in tract. de Forma tit. Quand. cenſeat. form. vel ſolemnit. remiſſ. Rom. conſ. 191. num. 9. & 493. pariter nu. 9. † Forma RATIO
5 verò, & introductio Attentatorum Iuri Pontificio, ac Cęſareo, ex magis communi, aſcribitur, ob d. c. non ſolum, & ob d. l. Vnic. & vtrobiq; notant Scribentes, &

latius cœteris differit Lancellot. in d Præfat. post n. 43. & 47 † Iudex ergò, non attenta exceptione, procedet 6 in causa, quod egò Senis aliquando obtinui, refragrantibus validissimè Aduocatis partis excipientis.

Eadem quoq; censura † poterit fortè Iudex metiri 7
ILLAT. Constitutionem municipalem, vel rescriptum, Quod de plano procedatur, puta in causa Possessionis Beneficij, nè prius agatur de Remedio c. Reintegrande 3. q. 1. Iason. sub dubio reliquit in d. conf. 164. vt refert in alleg. Prefat. nu. 47. & seq. Lancellott.

Obiter tamen dicam, cum simus in summarijs † cau- 8 sam hanc Attẽtatorum summariè semper cognosci, quãdo attenduntur, Afflict. in Decis. 351. cum alijs excitatis à Lancellott. in d. Prafat. num. 75. & in cap. 25. tit. de Processib. in causa attent. sub nu. 27.

EPITOME

A non admissione Appellationis iterum proclamari potest, non secus, ac appelletur à taciturnitate Iudicis.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Iudex à quo tenetur deferre appellationi.*

2 *Iudex à quo, recusans appellationem admittere, punitur.*

3 *A non admissione appellationis potest prouocari.*

4 *A quocunq; grauamine licitum est appellare.*

5 *Iudex à quo, reiciens appellationẽ, vehemẽter Ledit.*

6 *A Iudicis taciturnitate appellatur.*

8 *Cautio*

7 *Cautio est, admittere appellationem cum clausula, si & quatenus.*

8 *An per d.claus. Iudex admiserit omnem iurisdict.*

OBSERVATIO VI.

1 HOC sit postremum in hac materia: † Iudex, postquam sententiam tulit, tenetur deferre appellationi, ex vtriusq; Iuris dispositione c. de priore de appell. l. quoniam 21. C. eod. tit. Robert. Marant. part. 6. tit. de Appellat. nu. 210. † Quod si recuset, vtroq; etiam
2 iure, grauissimas pœnas subire compellitur, vt probat ĉt d. l. quoniam, & docet alleg. loco Marant. † Verum OBSER.
3 quoniam is, contrà quem iudicatum fuit, suum dannum illa pœna resarcire nequaquàm potest, Consulerem reiecto, nè videretur appellationem deserere, vt ab illa ipse non admissione iterum appellaret.

Eadem l. quoniam C. de Appellat. potest esse fundamentum huius opinionis, maximè considerato textu in LEX.
l. Et in minoribus, quæ est 20. in illo titul.

Fuit tamen clarissima sentẽtia Card. Zabarell. in clem. pri. de Dol. & contum. quem referunt Viuius Opin. 410. AVCT.
relatus in tit. de Appell. lib. 2. Recept. Sent. vol. 2. Marant. d. tit. de Appellat. num. 421. & Io. Bapt. Plot. in l. si quando C. Vnd. vi, nu. 159.

Pendet enim à communi Regula † A quocunq; gra-
4 uamine licitã esse appellationem vulgat. c. Appellationibus de Appellat. Socin. in Reg. 24. Cum in hoc ipso, RATIO
quod non admisit, dannum intulit Iudex, quarè nullo modo irritum fieri debet iustum desiderium dannum passi † Esse admittendam, vel nè appellationem, est Ar-
5 ticulus iuris, qui non pertinet ad Iudicem à quo, Cõtard. in l. Vnic. C. si de moment. possess. quęst. 1. n. 23. & seq.

ILLAT. Per antedicta itaq; † quemadmodum à proiectione, potest prouocari; ità poterit etiam à Taciturnitate: est.n. tacita quędam reiectio, seù denegatio, vt nostri volunt. 5

Non tamen idem est † si Iudex admiserit appellationem cum clausula (si & in quantum) de qua Bald. & DD. in l. Edita C. de Edend. Marian. Soc. in cons. 18. nu. 14. & seq. vol. 2. quoniam ista non grauat, eò quia habet effectum iuris, & si de iure est admittenda, censetur concessa Marant. cum pluribus alleg. nu. 211. † & quemadmodum liberat Iudicem à pœna d l. Quoniam. ità quoq; adimit ab eo omnem Iurisdictionem, saltem secundũ Plotum alleg. loco nu. 161. testantem de communi, sed aliud Roland. à Vall. consil. 77. n. 18. & seq. vol. 2. 6 7

ACADEMIA TERTIA.

De Cessione Bonorum.

EPITOME

Cedens bonis cum ignominia non tenetur satisfacere Creditoribus, si reuertatur ad meliorem Fortunam.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Cedens, reuersus ad pinguiorem Fortunam, tenetur satisfacere Creditoribus in pecunia.*

2 *Debitor, antequam cedat bonis, potest compelli ad dandos*

dandos Fideiussores, vel saltem ad iuratoriam cautionẽ, de soluendo debito, si recuperet Fortunã.

3 *Senis cedens bonis non remanet obligatus, si reuertatur ad meliorem statum.*

4 *Statutum, de cedendo bonis, Senis est valdè durum, & ignominiosum.*

5 *Papiè, & in Pedemontanis regionibus adest Statutum, ignominiosum cedentibus bonis.*

6 *Pœna ignominiosa succedit in locum pecuniæ.*

7 *Corporali pœna affectus à Iudice aliquando liberatur à solutione pecuniæ.*

8 *Regula est, ꝙ qui non habet in ære, luat in corpore.*

OBSERVATIO I.

1 CITRA controuersiam receptum esse credimus, † Eum, qui bonis cessit, teneri deindè, si ad vberiorem Fortunam peruenerit, infrà tamen vires, deducto nè egeat; Creditoribus suis satisfacere l. 4. ff. de Cessione bonorum, præsertim in iudicio animi, & apud cœlestem forum, ex Dominic. Soto in tract. de Inst. & iur. libr. 5.

2 quęst. 7. art. vlt. in fin. † & ideò antequam bonis cedant debitores possunt compelli à Creditoribus, Fideiussores dare, si inuenire eos possint, sin minus iuratoriam saltem cautionem Siluest. in summa in verb. Cessio bonorũ, Stephan Aufer. in Addit. ad Decis. 61. Capell. Tholos. Didac Couarr. Varr. resolut. lib. 2. cap. 1. nu 6. in prin. per Host. Io. Andr & alios, & idem tradit Iacob Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. Cent. 2. Cas. 183. nu. 20.

3 Sed tamen † haud scio, an Senis cedens bonis possit cogi, post cessionem, ad soluendum; imò nisi velimus discedere OBSER.

ſcedere à traditis Doctorum, neceſſarium eſt negatiuè omninò concludere, propter ſtatutariam diſpoſitionem, ſub Rub. de mod. cedend. bonis 176. in 1. Diſtin. † Eſt 4
enim illud ſtatutum durum valdè, atq; ipſis egenis Debitoribus aſperum, atque infeſtum, cum ſtatuat, vt qui bonis cedere volunt, per triduum nudati circumeant per illud Fori Theatrum, quo, etiam ex ſententia exterorum, nullum in tota Italia auguſtius reperitur, ac extrema die, poſteriorem partem (cuius proprium vocabulum, cum referri non poſſit, cum honore veſtrarum aurium, conſulto reticeo) in quodam lapideo marmore, ad id ante Palatium publicum deputato, impingant, quibuſdam verbis pro ſolemni forma prolatis, † quemadmodum ſimile eſt Statutum in Ciuitate Papię, & apud Pedemon- 5
tanos, referente Teſſaur. Deciſ. 36

Excitabo pro hoc ponderandas in argumento l. Sed ſi
LEX. minus 17. §. Si ante ff. de iniur. & l. ſi ab hoſtibus 11. §. ſi uir ſolut. matrim.

Dilucidè tamen concludit Bell. in tract. De re milit.
AVCT. part 9 tit. de Saluoconduct num. 47. quem refert, & ſequitur Menoch. dict. caſu 183. num. 22. Et hanc opinionem videtur ſectari Didac. Couarr. d. nu. 6 poſt verſicul. Sed ſi quis bonis. & ſecundum eum fuit deciſum in cōcilio Grationopolit. vel ſaltem hanc approbarunt opinionem Domini Iudices, referente Guid. Pap. Quæſt. 343. excitato à Didac. & Menoch. alleg. locis.

RATIO Confirmatur hęc opinio ea ratione à prædictis Doctoribus † Quia nempè pęna illa ignominioſa, quæ ho- 6
norem, & corpus etiam eodem tempore quodammodo afficit, ſubrogatur in locum pecuniæ, quam cedens bonis teneretur creditoribus ſuis exſoluere ob recuperatam Fortunam, argument. tex. in d. §. ſi ante, gloſſ. in c. ſicut dignum de Homicid. per quæ loca etiam Roman. deductus à Didac. & Menoch. vbi ſupra.

Quarè

Quarè Bart. Cepol. in 3. caut. monet † Debitores in MLAT.
7 carceribus detentes propter egestatem pecuniæ, ad satisfaciendum creditoribus necessariæ, vt curent ab aliquo Iudice pœnam aliquam corporalem sibi inferri, vt ità à carceribus se possint liberare: quæ compensatio ordinaria est, & frequens in omnibus pœnis pecuniarijs, pro ma-
8 leficijs impositis, vt demonstrat Steph. Aufer. in d Decis. Tholosan. 61. procedit enim in ijs regula † Qui non habet in ære, luat in corpore, de qua Salicet. in l. 1. C. Qui bon. ced. poss. communiter receptus, vt testantur Kirch. & Vezin. in tit. Qui bon. ceden. poss. vol. 2. Comm. nu. 22. & 40.

EPITOME

Obligatus cum Guarentigia bonis cedere non potest, stante Statuto, quod ex contractu Guarentigiato debitor retineatur in carceribus, quousq; non fuerit totum debitum satisfactum.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Remedium Cessionis bonorum fuit introductum, nè miserrimè homines in carceribus marcescerent.*
2 *Priuilegium Cessionis bonorum pacto remitti non potest.*
4 *Etiam adhibito Iuramento.*
5 *Iuramentum contrà bonos mores non valet.*
6 *Exponere se periculo perpetui Carceris, est contrà bonos mores.*

7 Sta-

7 *Statutum, vt debitores cum quarantigia retineantur in Carcere quousq; totum soluant debitum, impedit remedium cessionis bonorum.*

8 *Ad impediendam cessionem bonorũ, potest prodesse obligatio cum quarantigia.*

10 *Pœna præfati statuti respicit factum.*

11 *Obligatus ad factum bonis cedere non potest.*

OBSERVATIO II.

REMEDIVM † hoc, Cessionis bonorum, à lege introductum, Ne homines miserrimè in carceribus marcescant, per ea, quæ tradit Vital. Gamb. in tract. de Clauf. in renunciet. Cess. bon. in prin. & Scribent. in c. lator de Pign. & in l. 1. C. Qui bon. ced. poss. † per pactum ad fauorem Creditoris remitti nõ potest, facit textus in l. Alia §. eleganter solut. matr. Socin. in Reg. 279. & commune dicit Rip. in l. obligatione de Pign. & Hip. nu. 30. & Donat. à Fin. relatus in tit. Qui bon. ced. poss. num. 31. lib. 8. Comm. vol. 2. 1 2

Quarè † etiam expræssa renunciatio interdicta est Didac. Couarr. lib. 2. Varr. resolut. cap. 1. n. 7. quamuis in relectionibus aliud dixerit: & cum priori opinione est Menoch. De Arbitr. Iud. Cent. 2. lib. 2. casu 183. nu. 18. affirmans hanc esse communem, quod etiam deducitur ex opinione Viuij, relati in d. titul. Qui bonis ced. poss. num. 2. † etiam accedente Iuramento ex parte cedentis, vt est in terminis Decisio Guid. Pap. 11. relata à Didac. d. num. 7. in quam sententiam inclinat nouissimè Tesaur. in 36. Decis. Pedem. nu. 4. non obstantibus oppugnatoribus, de quibus Seraph. in tract. de Priuileg. iur. Priuileg. 91. quia istà, receptiori calculo, videtur admissa 3 4

Donat.

Donat. à fin. relatus in.d.tit. Qui bon.ced.poss.nu m.11 cum † non facilè admittatur iuramentum contrà bonos
5 mores, vt in terminis est resolutio Andr. Alciat. pariter communiter approbata, in c. cum contingat de iureiur. nu.69. quem referunt, & sequuntur Bonacoss. Vezin. & Turzan. in d. titul. Qui bon. ced. poss. inter communes
6 n.25. † Quamuis non desint, qui non credant, esse contrà bonos mores, exponere se periculo perpetui carceris, (quod est renunciare huic beneficio) Videte Decis. Rot. Rom. in Antiq. 33. sub tit. de Sent. & re Iud. Alex. in d. §. eleganter nu.11. & Io. Guter. in tract. de Contractib. Iurat. cap. 18. num. 4.

Sed † tamen alio modo poterit euitare periculum OBSER.
7 Cessionis bonorum, diligens, & sagax creditor in ea Ciuitate, in qua seruetur per Ius municipale, vt Debitores ex instrumento Guarentigiæ, in carceribus inclusi, non possint vllo modo se liberare, nisi totum persoluerint de-
8 bitum † si in contrahenda obligatione curauerit Creditor præceptum Guarentigiæ in instrumento inseri, atq; apponi.

Recurrite ad l. 1. C. Qui bon.ced.poss. quæ probabit; LEX. saltem in argumento; quatenus in cessione bonorum nimis strictè, ac sensim proceditur.

Profitentur hanc sententiam Angel. tum in d.l. Alia, tũ AVCT. in l. Nemo carceratus C. De ex act. Trib. lib. 10. per quem Socin. in Reg. 279. xi. Fall. item Alex. in d.l. Alia §. eleganter num. 13. & ibid. Paul. de Castr. & licet Bald. cuius auctoritas maximi facienda est, videatur contrarium asserere in alleg. l. 1. C. Qui bon.ced. poss. num. 7. audeo tamen constanter hoc affirmare cum relatis Doctoribus, quoniam Gambal. d. loco nu. 34. asserit, se in praxi Perusiæ id obtinuisse.

9 Suadet † etiam ipsa ratio, dum obseruantur verba RATIO statuti, quę pręcise imponunt pœnam carceris quousq;

pecunia non fuerit effectualiter soluta: quæ pęna factum ipsum quodammodo respicit; † Quarè sicuti obligatus ad factum bonis cedere non potest, vt per Cyn. tenet 9
Socin. d.reg. 229. nu.3. & tradit Bald. in d. l. 1. nu. 9. & Gabriell. d. nu. 34. ità quoq; stante hoc Statuto, obligatus ex Guarentigiæ instrumento, bonis cedere nequaquam poterit: quando autem prædicta fallant, quærite apud Rip. & allegatos per eum, loco supra citato. 10

Sed † in hoc ego adijcio, quod quemadodum regulariter non admittitur renunciatio huius remedij; ità per 11
ILLAT. eamdem rationem non substinetur Renunciatio Auth. Hoc nisi debitor C. de solut. nè res pro pecunia possit solui, vt post longam discussionem, concludit Io. Guter. alleg. tract. cap. 29. referens Ferrat. in Pract. in Form. Resp. Libell. in act. Hypotec. nu. 4.

E P I T O M E

Cedenti bonis relinquuntur libri, arma, ac instrumenta suæ artis, necnon vestimenta propria.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Cedens bonis, reuersus ad meliorem Fortunam, tenetur soluere Creditoribus.*
2 *Cedenti bonis vestes, & instrumenta suæ artis ceduntur.*
3 *Libri non auferuntur à Cedenti bonis.*
4 *Obligatus ad aliquid faciendum, tunc compellitur, quando cum dignitate præstare potest.*

5 *Cle-*

5 *Clericis dimittuntur, quæ ad munus clericale pertinent, etiam si cedant bonis ,*
Et militibus relinquuntur arma.
6 *Fructus beneficij , vel honorarium militum non censentur sub hipoteca creditorum.*
7 *Dannatis ad mortem vestimenta relinquuntur.*

OBSERVATIO III.

1 IAM diximus, † eum, qui bonis cessit, teneri diuitem effectum, vel meliorem Fortunam nactum, in eo, quod facere potest, respondere creditoribus, cum hoc sit clarum per regulam Socin. 47. & per ea, quæ tradit Didac. Couarr. Variar. resolut. lib. 2. cap. 1. num. 6. & alij in materia.

Supponamus autem, hoc miserabili beneficio cessionis bonorum in terminis iuris communis; non statutarij nostræ Ciuitatis; vsum fuisse aliquem, dantem operam Iuri Ciuili, vel in qualibet alia facultate Scolarem, & ex his, quæ lucratus fuerat post cessionē bonis factam, multos libros eius artis, quam profitebatur, emisse; num Creditores possint eos ab illo auocare pro suo credito? † & OBSER.
2 quemadmodum inter alia bona, quę creditoribus applicantur in actu cessionis bonorum, non veniunt vestimenta debitoris cedentis, nec instrumenta artis, si Artifex fuerit, vt per Cyn. & Io. Andr. tenet Didac. d. loco nu. 5. in fin. asserens esse commune, & cum eo est Marant. in 6. part. Specul. tit. de Eexequut. Sent. nu. 29. † Ità
3 crederem posse indubitanter responderi, libros à Scolaribus non posse auferri.

Referam duo rescripta, ex quibus potest deduci argumentum pro hac sententia, Vnum est Impp. Seuer. & LEX.

Anton.in l. Stipendia 4. de Exequut.rei Iud. Alterum est Imp. Alex. in l Spem. 5. Quę res pign. oblig. poss.

AVCT. Accursius, qui spiritum Iurisconsultorum, & Cęsarum optimè nouit, habuit fortè hanc mentem in l. Nepos Proculo 125. Tit. pen. Pand. Vndè ex eo deindè Scribentes cœteri moti sunt, videte Bald. in Rub. C. Qui bon. ced. poss. & ibi Apostill. Socin. in d. reg. 47. Vltim. Fall. & Marant. alleg. loco num. 48.

RATIO Id autem accidit † quoniam ex Accurs. loco præcitato, satis receptum est, obligatum ad aliquid, tunc vere, & efficaciter obligatum intelligi; quando id ipsum, quod promisit, exequi possit cum dignitate conditionis, atq; existimationis suæ; quarè cum Scolaris priuari libris non possit sine maximo dedecore, non secus, ac accideret Clericis, vel Militibus, si Ecclesiasticis corredis, aut militaribus instrumentis orbarentur; † quemadmodum ab istis non deducuntur eorum instrumenta, vt in vtroq; casu loquuntur Accurs. & Socin. dd locis, ità nec à Scolaribus libri auferri poterunt. 4 5

ILLAT. Excitabo, † quoq; ex eadem ratione, fructus præbendę, vel Beneficij Clericis, & honorarium militibus reseruari debere, allegat. l. 4. & l. 5. Bart. Angel. Alex. & DD. in l. commodis De re Iudic. † Et proximum est asserere, non derere spoliare dânatos ad mortem l. Diuus de bon. dann. Faber, & Ias. in §. fin. Inst de act. quos refert, & sequitur d. loco Marant. nu. 30. 6 7

EPITOME

Tutus ex pacto, nè in Carcerem mittatur, ad Cessionem bonorum non admittitur.

SVM-

SUMMA RERUM SINGULARIUM.

1 *Cupientes omnia, omnia sæpè admittunt.*
2 *Non admittitur ad cessionem bonorum is, cui promisit Creditor non mittere in Carcerem.*
3 *Cessio bonis datur, nè quis cogatur mori in Carcerem.*
4 *Promittens non commendare Carceri debitorem, cedentem postmodum habet oĩa bona hipotecata.*
5 *Contrà hunc Creditorem debitor non vtitur Priuilegio, vt conueniatur in quantum potest.*
6 *Melior est conditio eius, qui solum bona habet hipotecata, quam eius, qui etiam personam.*
7 *Minores bonis cedere non possunt.*
8 *Fœminæ Senis non possunt cedere bonis.*

OBSERVATIO IV.

1 OMNIVM † rerum cupidum, sepissimè omnia ammittere, in veteri est Adagio: quarè laudabilius est, mea sentẽtia, minoribus digitis, & extremis, vt aiunt, labijs aliqua perlibare, quàm totum amplecti tentando, à toto pariter excludi: Si id obseruabunt creditores in materia, quam pertractamus, cum maiori eorum commodo rem peragent; dum cognoscant debitores suos in præceps ire, & ad certam inopiam tendere; si pacificantur cum ijs, promittendo, eos in carcerem non detrudere; OBSER.
2 nam † stante hoc pacto, debitores ad cedendum bonis nullo modo poterunt admitti.

Est hoc deductum à nostris ex pulcherrimo rescripto LEX.
Imp. Alex. in l. 1. Qui bon. ced. poss.

Bald.

AVCT. Bald. inter alios ibi num. 17. id obseruat, & per eum Socin. in Reg.46. 12. Fall. Vital. Gambal. in tractat. de Clausul. in cap. An bon.ceff.renunc. possim n. 34. Villal. testans de communi, in tit. Qui bon. ced. poss. num. 23. 2. vol. Comm.

RATIO Hoc † enim patet ad sensum, nam tunc cessat ratio, 3
per quam cōceditur hoc beneficium egenis debitoribus, constat enim ex d. l 1. & ex d.loco Gambal. in princ. & ex traditis à Didac. Couarr. lib. 2. Varr. resolut. cap. 1. nu.5. ex eo concedi, nè in carceribus retineantur, quarè cum fuerit promissum non compellere personaliter, cōcludendum est, beneficium hoc non esse permittendum, argumento c. cum cessante de appell. cum similibus.

Commodum autem, quod ex huiusmodi pacto deduci asseruimus, satis perspicuum est † nam in casu, in quo 4
ignominiosè bonis cedunt debitores, quamuis alijs creditoribus non teneantur, omnia tamen, quæ acquirunt his, ità promittentibus, statim fiunt obnoxia; † & facta 5
cessione, secundum ius commune, cum cœteris Creditoribus remaneant obligati, deducto nè egeant, in dannum ità paciscentium non poterunt deducere alimenta per l. 4. De ceff. bon. & Didac. Couarr. d. loco num.6. Quarè † patet tutiores esse, quatenus ad effectum 6
exhigendi, hos, qui tantum bona habent obligata; ijs, qui bona ipsa, & personam ab initio sibi deuictam nexu obligationis retinebant.

Sed † ratio, supra relata, arcebit etiam Minores à be-
ILLAT. neficio Cessionis bonorum, vt ex Bald. Angel & Roman. 7
concludit idem Socin. in d.Fallent.12. † Quibus anne- 8
ctam fœminas Senis, quippè quę pro Ciuili debito non commendantur carceri, cum alibi remedio isto fortè egernet l. pen.C.Qui bon. ced. poss.quod per Salicet. refert Socin. ad ampliandam d.reg.46. Videte d. loco Did.n.3.

EPI-

EPITOME

Ex propria ignominia decoctus, vel dolosè contrahens, non admittitur ad Cessionem bonorum, sicuti nec recipitur exceptio, nè conueniatur vltrà vires, facta ab eo, qui turpiter agit.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Lusores, dissipantes, & qui se idoneos prædicarunt, in Cessione bonorum non audiuntur, & nu. 5.*
2 *Cautela est, vt debitores testētur, se habere idoneas facultates ad soluendum.*
3 *Qui scit, se non esse soluendo, dolo contrahit cum mutuante.*
4 *Ob dolum Maritus, & Socer in solidum conueniuntur.*
6 *Miles, ignominiosè missus, in solidum conuenitur.*
7 *Decoctores non possunt cedere bonis.*
8 *Decoctores, an sint tuti in Ecclesia.*

OBSERVATIO V.

1 SVNT quidam † qui tum ludendo, tum bibendo, ac sexcenta alia facinora cōmittendo, turpiter, atq; ignominiosè substantias suas dissipant, tum verò nimis æquò animosè, pecuniam mutuam sumunt, & ad iniendas obligationes prompti, atq; audaces sunt, suarumq; virium OBSER.

virium, imbecillium quidem, conscij, se idoneos ad restituendum prædicant. His succurrere nullo pacto leges intendunt, & beneficium cessionis, in subsidium miserorum inuentum, ijs omninò denegant: † præsertim cum asseruerint, se habere idoneas facultates ad soluendum, (quod callidus Creditor in instrumento obligationis inseri curabit). 2

LEX. Non negabit quis, quin non possit huiusmodi sententia probari ex generalitate Resp. Venulei IC. relati in l. fin. Quę in Fraud. credit.

AVCT. Præsertim cum Scribentium Princeps Bart. id eliciat in l. Alia §. eleganter in fin. ff. solut. matr. Quem refert, & sequitur Paul. de Castr. in l. etiam §. licet num. 3. eod. tit. solut. matr. & deindè eius Auditor Io. Bapt. Plot. in l. Si quando C. Vnd. vi nu. 179. alios, idem tenentes, referens, & Vital. Gambal. in Tract. de Clausul. in cap. An bon. ced. possim num. 34.

RATIO Repelluntur autem hi à beneficio cession. bon. † quoniam se obligantes, dum intelligunt, se non esse soluendo, dolo capiunt Aduersarium, & dolosè commodum sibi parant aliena iactura, argument. l. si quis mancipijs §. fin. De instit. & in terminis nostris Socin. in reg. 46. 7. & 17. Fallent. & reg. 279. 2. Fallent. 3

Quarè, † quemadmodū, ob dolum, Maritum, & Socerum in solidū teneri, manifestum est Pomp. in l. etiam §. licet, solut. matr. & Labeo in l. pen. vbi Accurs. De Iur. Dot. † Ità quoq; in simili, & multò fortius, lusores, & dissipatores substantiæ, cum dolo fecerint, inducendo Amicos ad secum contrahendum, quando iam non erant soluendo, tenebuntur soluere, nec beneficio cessionis sibi poterunt iuuare. 4 5

ILLAT. Et deducendo ad casum aliquem † Dicam non absimili, de Milite, ob propriam ignominiam, vel dolum misso è militia, eum in solidum conueniri, nec esse tutum 6

exce-

exceptione nè vltra vires compellatur Io. à Rip. in l.Miles de Iudic.num.4.

7 Sed † magis in terminis de Mercatore decocto dolosè, qui pariter non admittetur ad hoc miserrimorum beneficium, Stracch.de Decoctoribus part.3. num 9. & 42. & Decian. libr. 6. cap. 37. in fin. Tract. Criminal.

8 Quod † verò possit extrahi ab Ecclesia Senis, vbi pro debito personaliter capiuntur debitores, vt concedit Benuen.Stracch alleg. loco nu.41.ex consil. 54 Oldrad. etiam propter quemdam vsum contrarium, non audetem affirmare.

EPITOME

Fideiussor non iuuatur Cessione bonis, facta à Debitore, nec alia exceptione, qua non posset conueniri vltrà vires.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Fideiussor non potest excipere de Cessione bonis, facta à principali.*

2 *Fideiussor adhibetur, vt suggerat in casu, in quo debitor non esset soluendo.*

3 *Exceptio Cessionis bonorum est personalis.*

4 *Fideiussor tenetur in solidum, etiam vbi principalis non conuenietur, nisi infra vires.*

5 *An securitas personalis, vel prorogatio, facta principali, competat Fideiussori.*

OBSERVATIO VI.

OBSER. TANDEM illud ſcire iuuabit, † Fideiuſſorem eius, qui bonis ceſſit, non poſſe exceptionem ceſſionis 1
opponere, quando Creditor agit contrà eum, ad conſequendum ſuum creditum.

Reperitur cautum in text. §. fin. Inſt. de Replicat. cui
LEX. poſſumus cumulare l. fin. De duobus reis, & l. Hæres 22. §. quod ſi ſtipulator ff. de fideiuſſ.

Aſſentitur Bart. in d. §. Quod ſi ſtipulator, & tradunt
AVCT. Angel. nu. 22. & alij in §. fin. Inſt. de Action. & Minſing. in d. §. fin. de Replicat. nu. 6. Guid. Pap. quæſt. 211 nu. 3. & commune profitetur Siluan. in conſil. 24. n. 1. par. 1.

RATIO Nam vt demonſtrat Iuſt. in prin. De Fideiuſſ. & in d.
§. fin. de Replicat. & vtrobiq; DD. † Ad hoc Credi- 2
tor Fideiuſſorem adhiberi curauit, vt proſpiceret ſibi in caſu, in quo Debitor non eſſet ſoluendo, vel aliquo
modo ſe poſſet defendere à ſolutione facienda, † Illa 3
enim exceptio, cum perſonalis ſit, non debet vllo mo-
do competere Fideiuſſori, † Quemadmodum accideret 4
quando principalis non poſſet conueniri, niſi in quantum facere poſſet, ſolidum tamen à Fideiuſſore iuſtè exigeretur, vt demonſtrat Minſing. d nu 6.

Sed † an Fideiuſſori competat exceptio, ob ſecurita- 5
RELAT. tem perſonalem, vel ob termini prorogationem, debitori principali factam, maius eſt dubium, cum in vtranq; partem ſint grauiſſimi Auctores, quos relatos videte apud Viuium Opin. 289. & apud Vezinum, vtrunq; annotatum in Teſauro Comm. Opin. libr. 8. tit. 25. de Fideiuſſ. num. 104. & 197.

ACA-

ACADEMIA QVARTA.

De Personali, vel Reali Exequutione.

EPITOME

Exequutio potest à Creditore fieri in persona, & bonis, nec, vna uia intentata, remittitur altera.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Difficilè est exigere pecuniam creditam.*
2 *Cautius est duplici uia experiri.*
3 *Statuto Senen. si debitor per duos menses steterit in carceribus, dat alia remedia.*
4 *Tutius est, exequi in persona, & in bonis.*
5 *Habens plura remedia, omnibus experiri potest. Posito vno remedio, non censetur renunciatũ alteri.*
6 *Sequestratio, & in possessionem missio, & similia remedia possunt cumulari.*
7 *Qui agit hypotecaria, & personali contrà Fideiussores agere potest.*

OBSERVATIO I.

1 ADEO † durum est hac nostra tempestate, æs alienum persoluere, vt pauci sint, qui satisfaciant Creditoribus, nisi in iudicium sint vocati, multiq; sint, qui-

Mm 2 bus

bus, nec sola sententia Iudicis sit satis, sed etiam, cũ maximo eorum dedecore, ipsa exequutione, manu militari, compelli, patiantur; etsi Creditores actione reali bona persequantur, sexcentis diuerticulis venditionem, & distractionem illorum in multos protrahunt dies; si verò personali in custodia retineantur, non erubescunt, vitam ibi quodammodo consumere, dummodo è manibus pecunia non excidat.

OBSER. Rumpet tamen, iudicio meo moras, Creditoris Aduocatus, † si quod vna tantũ viâ Creditor tentauit, dupliciipse prouidere studebit. Consulat ergò Creditori, vt 2
diù permanente (est .n. hoc † spacium duorum mensium 3
Senis ex Stat. sub Rub. Quand. ad capt. personal. & bon. proced. 234. in 4. Dinst.) † in carceribus Debitore, reali 4
actione, si vtraq; ei ex proposita causa competat, venditioné bonorũ experiatur, vel vice uersa, si in reali surgant impedimenta (quamuis Senis ob d. Statutum, sint quędam hoc in casu aduertenda) conijciat Debitorem in carcerem, vt ab omni parte præssus, tanquam è pręlo, tantũ Auri, vel Argẽti promatur, vt integrè sibi satisfiat.

LEX. Id quamuis non sit omnibus in prõptu, probari tamen potest expræssè ex rescripto Imp. Const. in l. 2. circà fin. C. De exact. Tribut. lib. 10. & ex l. 1. §. Quid ergò de Ventr. inspic. facit quoq; textus, & ibi Bart. & DD. in l. Consentaneum 8. C. quomod. & quando Iud.

AVCT. Et non solum possumus communire ex Bart. & alijs in d. l. 8. Sed adduco quoq; Paul. de Castr. in l. 4. §. Ait Prætor n. 5. & in §. si ex conuentione eiusdem legis Alex. nu. 3. ff. de Iudic. Necusant. in Tract. de Pign. & hypotec. Versus finem Dec. in cons. 562. nu. 8. cum seq. sexcentis alijs adduct. post Stracch. de Decoct. part. 3. num. 46. à Borgn. Caualc. in tract. de Vsuf. vxor. leg. nu 208. & de praxi testatur Anchar. Regin. quęst. 37. n. 5. lib. 1.

RATIO Ex alleg. autem Doctoribus facilè est rationem deprehendere,

hendere, & præsertim ex Necusant. cum omnes concludant, Habentem plura remedia non prohiberi, quin omnibus experiri possit, nec ex vnius propositione, cœtera remissa esse creduntur. † Præsertim stante longa contu-
5 macia Rei, quo casu conceduntur Actori sequestratio, & missio in possessionem, & alia iuris remedia, vt per Bald. tenet Ias. in l. 1. in princ. ff. Si quis ius dicent. non ottemp. num. 23. quo loci etiam probat, quod principaliter supra est conclusum.

6 Quo fit † vt videamus etiam aliquando, agentes hypotecaria, personali etiam contrà Fideiussorem eodem tempore experiri: notat Borgn. alleg. loco: contrà quem Fideiussorem hæc duo pariter remedia possunt intentari Marsil. in rub. De Fideiuss. nu. 375. ILLAT.

EPITOME

Vicinus nequam, etiam absq; indicijs, poterit capi ob furtum in vicinia factum.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Vicinum suspectum absq; indicijs possumus in carcerem retinere.*
2 *De Flagitioso iura malè suspircantur.*
3 *Semel malus semper præsumitur malus.*
4 *Contrà vicinos, qui vt plurimum solent esse instructi, facillimè præsumitur.*
5 *Hospes, & eius familia, malæ famæ, & capi, & torqueri potest pro re, subtracta viatori.*

OB-

OBSERVATIO II.

OBSER. POTERIT † etiam Vicinus Vicinum suspectum, & moribus non probatis, in carcerem conijcere, si res aliqua sibi furto subtracta fuerit è domo, nec indicia, aut aliæ præsumptiones requiruntur. 1

LEX. Contrà hos viros nequam est textus in l. Si ità, 15. in fin. ibi (Nequid Vicini) ff. De Fund. instr. & instr. legat.

AVCT. Et vnanimiter concludunt Bald. in l. 1. n. 4. C. locat. Iacob. Nouell. in Pract. & Theoric. criminal. in prin. nu. 55. & Foller. in Prax. criminal. par. 2. Rubr. de informat. num. 33 & seq.

RATIO Quod ex eo concessum est, vt mihi persuadeo, † quia iura prębent ansam Iudicibus, & dannum passis, de ijs suspicandi propter alia flagitia, & malam opinionem, quam de ijs conceperunt homines, argum. tex. in l. 2 cum simil. De Senat. Blanc. ad l. fin. de quæst. De Indic ex person. circà princip. † Semel enim malus, semper malus præsumitur ex regul. communi, præsertim cum ob vicinitatem possit commodam habere notitiam totius Domus, & aliorum, quæ à Furibus solent, ad facinus perpetrandum, diligenter obseruari, † quo casu facillimè contrà eos agi potest, etiam vsq; ad tormenta, facit tex. vbi Bart nu. 3 & 4. in l Dominus horreorum 57. ff locat. Clar. in §. Furtum nu. 28. Nouell. vbi supr. nu. 54. Blanc. in d l. fin. num. 412. & seq. & Foller. pariter d. loco num. 35. 2 3 4

ILLAT. Ex hoc ad fauorem Viatorum, † Deducimus, Cauponarium, & eius Familiam, mala existimatione notatam, subiacere ijsdem periculis, ob rem Viatori subtractam. Videte eumdem Blanc. in d. l. fin. nu. 414. 5

EPI-

EPITOME

Debitor, etiam pro debito ciuili, poterit à militibus ex propria domo deduci, si in obligatione renunciauerit omnibus priuilegijs.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Debitor ex causa Ciuili non potest de domo deduci.*
Idem de Naui, & de Molendino dicitur.
2 *Renuncians omni legũ auxilio, potest in domo capi.*
3 *Renuncians omni legum auxilio, videtur permittere, capi in propria domo.*
4 *Nè quis capiatur in propria domo, est in commodum priuatorum concessum.*
5 *Quilibet fauori suo potest renunciare.*
6 *Renunciatio omni legum auxilio, non tollit immunitatem Ecclesiæ.*
7 *Aufugiens ad Ecclesiam, non potest, nec ab Episcopo dimoueri, nisi ex certis causis.*
8 *Ecclesiæ non debet esse spelunca latronum.*

OBSERVATIO III.

1 DEBITOREM † ex ciuili obligatione, non posse in propria domo, vel conducta ad habitandum, capi, clarissimè probat resp. Paul. IC. in l. Nemo de domo 104. De reg. iur. cuicumq; enim debet esse sua domus tutissimum perfugium l. pleriq; ff. de in ius vocand. & plenè tradunt DD. ibi, & Dec. n. 3. idem tentãs de Naui, &

OBSER. ui,& Molendino. † Sed tamen sagax Creditor, ēt ex eā poterit inuitum extrahere Debitorem, si curauerit, vt in cōtractu obligationis renunciet generaliter oī legū auxilio: cum certificatione, saltem cū aliquibus Marſ. ſing. 18. 2

LEX. Satis colligitur ex generalibus legibus, ſcilicet ex l. fin. in fin. ad Velleian. & ex l. ſi quis in conſcribendo 40. de Epiſc. & Cleric.

AVCT. Pulcrè hoc confirmat Iaſon in d. l. pleriq; num. 29. & eum refert, & ſequitur Anchar. in libell. famil. Quæſt. quæſt. 37. n. 8. lib. 1. referens caſum in renunciatione, cum iuramento facta, & paſſim tangunt Scrib. in d. l. pleriq;

RATIO Eſt in promptu ratio, & colligitur clarè ex dictis Iaſ. alleg. loco † Et eſt, Exequutionem hanc ex voluntate Debitoris factam eſſe ex eo ipſo, quod renunciauerit omni legum auxilio; in commodum priuatum tantum fuit inductum, Nè quis inuitus extraheretur de domo: Et † quemlibet his, quæ pro ſe introducta ſunt, poſſe renunciare, ſatis receptum eſt in iure l. pen. C. de pact. & conferunt tradita per Bart. & DD. in l. Alia §. eleganter ſolut. matrim. 3 4

Non † tamen crederem, ob d. Renunciationem poſſe ab Eccleſia remoueri ex debito ciuili obnoxios, nec minus Delinquentes ex cauſa criminali, qui ibi aufugiendo, adeò ſunt tuti, vt nec de licentia Epiſcopi poſſint extrahi niſi † ex certis cauſis, & criminibus grauioribus, de quibus Clar. in Prax. Criminal §. fin. quæſt. 30. & Decian. lib. 6. cap. 28. & ſeq. Tract. Criminal. 5 6

Non. n. † decet Eccleſiam, quæ eſt Domus Dei, fieri ſpeluncham flagitioſorum hominū c. cum Eccleſia de Imm. Eccleſ. refert Bonif. in clem. Grauis n 52. de Imm. Eccleſ. & Decian. d. lib. 6 c. 29 in princ. 7

ELAT. Suſpectus † autem Debitor nec in Domo, nec à Iudice alieno, nec demum ex ipſo tempore tutus erit, cum poſſit etiam à Iudice incompetenti, vt volunt aliqui, ex propria 8

propria domo,& ante tempus,ad cauendum, extrahi,ac in carcerem detrudi Iaſ. alleg.loco nu. 26.& Stracch.tit. de Decoct.part.3.in fin.nu.55.quando autem poſſit dici ſuſpectus,plenè docet Menoch.de Arbit. Iud.caſ.87.

EPITOME

Exequutoribus, non proferentibus licentiam Iudicis in ſcriptura expraßam, poſſumus de facto reſiſtere.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Exequutores debent habere Mandatum Iudicis ſcriptum, aliàs poſſunt reijci.*
2 *Miſſio in carcerem graue eſt,nec fit ſine exiſtimationis detractione.*
3 *Carceratio eſt irreparabile damnum.*
4 *Nuncijs multum deferunt iura in verbalibus monitionibus.*
5 *Frater fratrem incarcerare non debet.*

OBSERVATIO IV.

1 DVM † Exequutores manus inijciunt in aliquem, & eum in carcerem ducere conãtur,curet is licentiam deſcriptam videre, quam, ſi non palàm proferant, iurè poterit reſiſtere. OBSER.

Deduco vobis l. Neminem, fin. C. de Exib. reis, & l. Prohibitum 5. in prin. C.de Iur. Fiſci. LEX.

Nn Et

AVCT. Et non solum confirmat Accurs. in Verbo (Forma) super d l. 5. Sed etiam per illa iura Bald. in c. cum parati n.8. De Appell. & post eum Ludouic. Suares in Declar. l. 2. for. 2. lib. 2. tit. De los Emplazament. nu.8.

RATIO Mouentur † fortè DD. cum maximè grauè sit, ac luctuosum mitti in carcerem, & non sine maxima existimationis detractione feratur Bal. in l. si Clericus de Epis. audient. Menoch. de Arbitr. Iudic. cas. 87. & post alios Borg. Decis. 1. par. 1. nu. 28. † Et est damnum omninò irreparabile, vt probat Tess. in Decis. Pedem. 181. nu.3. ex quo non facilè est credendum Nuncio, vel Militibus, Quamuis † in Verbalibus Citationibus iura plurimum illis deferant, vt latè Ias. & DD. in §. Quadrupli Instit. de Action. & omnes in l. Properandum de Iudic. Dec. & cœteri Canon. in c cum parati de Appell. & plenè quomodo, & quantum sit ijs credendum, tractat Asin. in Prax. ad Stat. Florent. §.9. cap.2. per totum. 2 3 4

Quo † sit, vt prius quàm concedantur Personarum 5
ILLAT. retentiones, optimè sit perpendendum, & in Senatu Pedemontano longè à Fraterna caritate reputatur, Fratrem præsertim in carcerem recludere. Videte Tessaur. Decis. 119. id latè exaggerantem.

EPITOME

Exequutio in libris, armis, & villicis instrumentis tunc demum fit, quando commodè in alijs debitorum bonis fieri non potest.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Exequutio in libris Scholarium regulariter fieri non potest.*

2 *An-*

2 *Angusta re familiari utuntur Scholares.*
3 *Libri Scholarium capiuntur, si exequutio in alijs bonis fieri non possit.*
4 *Exequtio fit in armis, & stipendio Militum, si alia bona non reperiantur.*
5 *Instrumenta rusticalia capi possunt in tenutam, si alia bona non reperiantur.*
6 *Debitores non debent lucrari cum danno creditorũ.*
7 *Senis ex Stat. 194. si alia bona non habeant debitores, exequutio est permissa in animalibus aratorijs, & armis.*

OBSERVATIO V.

1 IAM † vestra res agitur, Iuuenes, nec tantum confidite in dispositione l. Exequutores cum l. sequ. & Auth. ibi posita C. Quæ res pign. oblig. poss. confirmata, ac roborata auctoritate Accursij in gloss. l. Nepos Proculo 125. De Verb. signific. super verb. (Dignitate) vt existimentis, libros vestros esse omninò securos à ma-
2 nibus Satellitum. † Angusta .n. res familiaris, & supellectilia nulla sunt, vel pauca Scolaribus, dum in Studijs
3 degunt † ideò cum in alijs bonis exequutio fieri non possit, in ijs, facta in subsidium, substinebitur. OBSER.

Scribentes deducunt ad libros vestros, Scolares, singulare resp. Papin. relatum in l. commodis 40. de re Iud. LEX.

Et in terminis proprijs, post Specul. Marant. in 6. par. suæ Prax. tit. de Exequut. num. 46. & Marsil. in Rubr. de AVCT.
4 Fideiuss. n. 202. † Sic in simili tradunt de Armis Equitum, & Militum Cataphractorum, à quibus etiam stipendia ipsa, & præmia in his casibus, (nè dissentian us à dictis superiori Academia, Obseruat. 3. in fin.) possunt au-

ferri d. l. commodis, & l. stipendia 4. C. de Exequut. rei iud. idem Marant.alleg.loco nu.45. † Et idem fieret in 5
instrumentis, ad culturam agrorum paratis, vt declarat Accurs.in d.l.Exequutores Marf.d.loco,& Petr.Gerard. Singul. 35. cum alijs alleg. à Viuio, relato in Comm.tit. de Exequut. rei iudic.nu. 90. in 2. vol.

RATIO Et † hoc receptum est, quemadmodum declarat d. 6
loco Marsil. Nè,cum iactura Creditorũ,Debitores commodo aliquo fruerentur, contrà Regulam Locupletari, de reg. in 6. & l. Nam hoc natura,de condit. indebit.

Quod † cum esset valdè æquum, Statutum Senense 7
sub Rub. 194. Vbi & de quibus reb. Exequut. fieri non
ILLAT. poss. dum excipit animalia,apta ad arandum, & alia instrumenta, ad colendum agrum parata, arma, & equos militum, & Ciuium Senensium, interponit hanc conditionem (Dummodo in alijs bonis commodè fieri possit exequutio)quod nos etiam obseruauimus ad §. Nunc admouendi Quib. alien. lic. vel non par. 3. cap 6. in Patrio Senensi Gymnasio.

ACADEMIA QVARTA.

De Exilio, & alijs Pœnis capitalibus.

EPITOME

Exulum, & Relegatorum Cadauera non possunt afferri in loco interdicto, sicuti nec excommunicatorum in sacro humari antè reconciliationem.

SVM-

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Cadauera exbannitorum non possunt afferri, nec humari in loco interdicto.*

2 *Bannitorũ sententia viget et post eorum mortem.*

3 *Relegatus ĩ certo loco, nec mortuus põt ex eo deduci.*

4 *Mortuus non potest doctorari.*

5 *Ante reconciliationem excommunicati priuantur sepultura ecclesiastica.*

6 *Excommunicati, in loco sacro sepulti, exhumantur quousq; benedicantur.*

OBSERVATIO I.

1 EORVM † qui in exilio missi sunt, nec postquam ex corporis ergastulo animus euolauit, posſent cadauera, vel ossa, aut cineres in Patria, vel loco alio, ijs interdicto, humari, vel afferri. OBSER.

Ista exacta Principalis obseruantia ex auctoritate Impp. Seuer. & Ant. fuit notata à Martian. IC. in libr. 2. public. Iudic. quem reperietis in l 2. de Cadauer. Punit. LEX.

In ea l. 2. Bart. dicit esse annotatione dignum, tradunt etiam post eum Ias in l. 2. C. Qui test facer. poss. Felin. in c A nobis il 2 de Sent. Excom. Didac. Couarr. lib 2. Var resolut cap. 1 num. 11. post Versicul. eadem Rub. Paulus, & Scribentes in l Neratius de reg. iur. vbi n. 4. Cagnolin. testatur, nec pro quodam nobili Damnato Amicos potuisse licentiam impetrare. multos alios cumulat ad hoc Gomes lib 3. Var. resolut. cap. vlt. in fin. sub nu 8 & Peregrin. de Iur. Fisc. tit. 5. nu. 5. in 4. l b. AVCT.

2 Et Martian. in d. loco ostendit, † id accidere, cum uiuat sententia, & post mortem pœna maneat, qua ex RATIO

hypo-

hypothesi supponimus, interdictum vsum, & frequentiam Patriæ, vel alterius Ciuitatis. † Quod est aduertendum à Fideiussoribus eorum, qui relegantur, nam 2
quamuis mortui essent, si educerentur ex loco Cadauera, tenerentur ad pœnam, argum. l. Si quis, de Cadauer. punit. & eorum, quæ dicit Felin. alleg. loco nu. 7. † Sed
non per hoc putaui gratificandum pietati Emilij Ferretti nobilissimi, ac eruditiss. Iuuenis, dum optabat in collegio nostro decerni lauream doctoream Paridi Stellino, eiusdem doctrinę, ac nobilitatis Iuueni, nuper mortuo: per ea, quæ dicit Dec. in d. l. Neratius num. 3. & Felin. d. loco n. 6. loquentes in puncto. 3

ILLAT. Ex vi rationis deductæ † videmus morientibus in interdicto ecclesiasticæ excommunicationis denegari sepulturam ecclesiasticam, quousq; à Summ. Pontifice fuerint reconciliati, & iterum Ecclesiæ donati, † & interim 5
etiam effodi, si fortè iam sepulti essent in Cœmeterijs, vel alio loco sacro, facit tex. in c. sacris De sepult. Abb. nu. 2. in ead. rub. & ex iure Cęsareo potest induci textus in l. cum loca 33. De Relig. & sumpt. Funer. & conferunt relata per Gomes. in d. cap. vlt. 6

EPITOME

Occidens Bannitum ad propriam vindictam, non gaudet beneficio Statuti, per quod Bannitus impunè occidi permittitur.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Senis adest Statutum, per quod conceditur immunitas occisoribus Bannitorum.*

2 Per-

2 *Persequutores Bannitorum ad priuatam vindictam, non gaudent immunitate Statuti.*

3 *Statutum prædictum spectat publicam vindictã.*

4 *Spolians Bannitum, iam mortuum, uidetur operari ad propriam, non publicam vindictam.*

5 *Persequens delinquentem ad priuatam vindictã, non meretur beneficium legis.*

6 *Coniux Coniugem accusans ad priuatam vindictam, peccat.*

OBSERVATIO II.

1 HABEMUS † in hac Ciuitate Statutum sub Rub. 17. in 3. dist. per quod, Bannniti pro maleficio impune occidi possunt. † Verum ex eo non essent tuti inimici, & persequutores Bannitorũ, si illos offenderent, vel occiderent ad propriã vindictã, vel priuato lucro allecti. OBSER.

2

Significatũ est id nobis per rescriptũ Imp. Val. Theod. & Max. relatum in l. fin. in fin. de Malef. & Mathemat. LEX.

Adhesit Bart. in l. Nulla C. de Delat. lib. 10. Roman. in l. si quis in graui 3. ff. Ad Sillan. in §. Verum Marsil. in consf. 9. n. 28. & in consil. 10. n. 42. cum alleg. à Menoch. q. 90. num. 48. de Arbitr. Iud. AVCT.

3 Qui Menoch. ibidem † obseruat, id concludi, cum iste offensor, vel homicida non moueatur pro Reip. vindicta, quę videtur esse mens Statuti, sed ad vlciscẽdam propriã iniuriam, vel explendam propiam voluptatem, quod est de mente Bart. in l. inter omnes §. rectè de Furt per quem & alios Felin. in c. Quæ in ecclesiarum de Constit. n. 12. RATIO

4 Quę ratio † cessat quoq; in eo, qui Exulem iam mortuum, vel spoliaret, vel quid simile efficerit, quamuis Statutum permitteret, Exulem in bonis offendi posse, ità Felin. AMPLIAT.

Felin. in c. A nobis il 2. De Sent. Excom. n.6.& Florian. de S.Petr. in l. Binas edes nu. 5. De Seruit. Vrban. pręd. per l. Si pœna ff. de Pen.

Prout in simili † accusantes, vel prosequentes facinorosos, ac delinquentes, etiam iure medio, in iudicijs, non solo amore Iustitiæ allecti, sed ad priuatam vindictam; vt contingit frequenter in coniuge, deferente vxorem mecham Iudici; grauiter peccare creditur Felin. in c.quę in ecclesiarum n.14.per Riciard. & Innoc.de Cōst. 5

EPITOME

Insignis in arte nec occiditur, nec torquetur: nec minus ad manus amputationem condennatur, qui vnam tantum manum habet.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Insignis in arte non occiditur.*
2 *Nec minus torqueri debet.*
3 *Ad Reip. commodum seruantur in arte excellentes, etiam quod grauiter deliquerint.*
3 *Ob excellentiam delinquentis Iudici datur arbitrium circà pœnam.*
5 *In pœnis inflingendis est habenda ratio loci, temporis, quantitatis, & personæ.*
6 *Ad manus amputationem non condennatur qui vnam tantum manum habet.*

OB-

OBSERVATIO III.

1 EI, † qui artis suæ excellentiam sit assequutus, parcendum est, etiam si tale delictum commiserit, per quod vltimi supplicij pœna esset puniendus. OBSER.

Ad fauorem præstantiæ, atq; excellentiæ deducunt nostri argumentum ex Modestin. in l. Ad bestias 31. De pęn. & ex Vlpian. in l. Sed & reprobari §. Amplius de excusat. Tut. LEX.

Ex quo Bar. Aret. & alij id clarè ibi profitētur, Marant. in Specul. Titul. vltim. nu. 60. Gomes. lib. 3. Var. resolut. cap. 13. nu. 3. in fin. Gramm. cons. 29. num. 40. & cons. 63. num. 7. & 8. inter criminal. Claud. Tut. in l. Prægnantis de Pœn. num. 49. & faciunt cumulati per Tira-
2 quell. in Tract. de Pęn. leg. tempor. casu 51. nu. 8. † Pro quo delicto nec minus torquetur, Carer. in Prax. Criminal. ad l. Obseruare Cod. quorum appellat. non recip. num. 188. in fin. AVCT.

Doctissimus Couarr. perpendit rationem lib. 2. Varr. RATIO
3 resol. cap. 9. nu. 5. in fin. & num. 6. † Dicens permitti in iure ob commodum, & vtilitatem Reip. vt istiusmodi viro liberatio concedatur, vel minuatur pœna, aut tormentis non infringatur, ex quibus profectò inutilis fie-
4 ret. † Et ideò mitius procedit Iudex, cui conceditur ex causa arbitrium commutandi, vel minuendi pœnas l. quid ergò §. pœna grauior ff. de his, qui not. in fam. ex communi tradit Couarr. d. loco n. 8. † Est enim in pęnis habenda ratio loci, temporis, personæ, & quantitatis, vt ibi. Couar. ostendit, & faciunt ea, quæ refert Menoch. De Arbitr. Iud. quæst. 83. nu. 2.

5 Quarè † iustissima fuit, iudicio meo, sententia Pauli Castr. in Authent. Sed nouo num. 4. in fin. Cod. De seru. fugit. quam etiam alibi est sequutus, Contra vnam tantum manum habentem, Iudicem non debere exequi ILLAT.

Oo legem,

legem, tum communem, tum municipalem, imponentē manns amputationem; quippè cum sententiam passus, nè dum fieret inutilis Reip. orbatus vtraq; manu; sed etiam, longè grauiorem ferret pęnam, quàm par sit delicto commisso, vt perpendit Oraculum illud Sapientum Arist. lib. 2. Rhet. ad Theodett. cap. 7. in fin. & ex nostris Couarr. alleg. loco.

ACADEMIA SEXTA.

De varijs Cautelis.

EPITOME

Remedium l. Diffamari C. De Ingen. man. non praeoccupat Iurisdictionem in causa principali, secus beneficium l. Si contendat de Fideiuss.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Iudicium diffamationis circà causam principalem non praeoccupat Iudicem.*

2 *Diffamato potest prodesse etiam electio Iudicis.*

3 *Remedium Socini ad inducendam litis pendentiam in iudicio diffamationis.*

4 *In Iudicio Diffamationis solum statuitur terminus comminatorius.*

5 *In*

5 *In Remedio l. Si contendat, de Fid. Iudex cognoscit in meritis causæ.*

6 *Intentato Remedio d. l. Si contendat, Creditor debet agere coram eod. Iud. Diffamationis.*

7 *Ex Remedio d. l. Si contendat, trahimus ad Forum etiam personas priuilegiatas.*

8 *Præceptum Iudicis non inducit litis pendentiam, nec præoccupat Forum.*

OBSERVATIO I.

1 CVM † Iudicium Diffamationis, quantum ad causam principalem, Iudicis Iurisdictionem non pręoccupet Couarr. Variar. resol. cap. 18. num. 6. † Et
2 fortè Reus diffamatus non minus electionem Iudicis, quàm ulcisci diffamationem aliquãdo desideret: nè creditor pro causa principali expedienda alium sibi eligat
3 Iudicem † Marianus Socin. primum in c. Proposuit de For. Compet. sub num. 26. mox in conf. 41. Versicul. Si verò pręd. Iudicem 2. col. in prin. docet pulcherrimum atq; optimum Remedium, per quod litis pendentia induatur coram Iudice, cognoscente diffamationis causam: & est, vt Reus imploret officium Iudicis; & petat non solum diffamanti imponi perpetuum silentium post laptum temporis iuxtà l. Diffamari C. de Ingen. manum. sed etiam declarari, se non teneri ad rem, vel quantitatem, cuius occasione diffamatur. OBSER.

Optimum quidem Remedium, & Senis valdè vsitatum, quippè cum substineatur ex l. si contendat 29. ff. de Fideiuss. & ex l. Aurelius, pariter 29. in tit. de liberat. legat. in §. centum. LEX.

Confirmatur ab Accurs. in vtroq; loco, & ab alijs Scri- AVCT.

Oo 2 ben-

bentibus, faciunt quæ tradunt Bart. & Imol. in l. si finita §. eleganter de Transf. & Remedium hoc illud est, de quo Rota Bonon Videte ex Benint. Decis. 66. Multa quoq; in hac materia tradunt Cagnol & Plaut. in d. l. Diffamari, & Natt. in Clem. Sepæ de Verb signif.

RATIO Cur id putatis? nempè quia in iudicio Diffamationis simplicis non agitur de meritis causæ, sed Iudex statuit solum terminum cum comminutione, vt eo transacto, imponetur perpetuum silentium diffamanti. † At quãdo cumulatur d. l. si contendat, vel d. §. centum, Iudex debet cognoscere de meritis causę principalis, pręcipiendo Diffamanti, si pręrendat, vt agat coram se, ad hoc vt iudicare possit, Reum diffamatum non teneri, si iniustè diffamatus est † Ex quo, necessitate vrgetur Creditor proponere coram eo Iudice actiones suas, & docere Diffamatum omninò teneri, per ea, quæ tradunt Bart. & DD. in l. Societatem §. Arbitrorum pro Soc. 4 5

ILLAT. Et cum hac cautione † trahemus ad Forũ Debitoris Personas priuilegiatas quoq; veluti Scolares extra iurisdictionem Rectoris, & etiam Clericos, & Episcopos coram Iudice Laico, vt obseruant Capicc. Decis. 18. num. 17 & Cacher. Decis. 151. nu. 4. in fin Quod proculdubio non posset fieri per solum pręceptum. † Nam pręceptum Iudicis, quod vulgus Protestationem appellat, non præuenit Iudicem Socin. in d. c. Proposuit, nu. 26. quod est decisum Senis per Statutum Mercatorum sub Rubr. 15. in prima Dinstin. 6 7

E P I T O M E

Intentato Iudicio nullitatis coram Iudice Appellationis, potest cognosci etiam in meritis causæ, si nullitati partes potuerũt renunciare.

SVM-

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Causidici diligentes solent contemnere causas in prima instantia.*

2 *Non omnia, ommissa in prima instantia, possunt coram Iudicibus appellationis resarciri.*

3 *An victus ex processu nullo possit, obtinere in Iudicio appellationis sententiam super nullitatibus, an, constito de bono iure, debeat sententia confirmari.*

4 *Nullitas in accidentalibus an reparetur in Iudicio appellationis.*

5 *Si Scolaris conueniatur coram Ordinario, non facta exceptione in prima instantia, non obtinebit ex nullitate in Iudicio appellationis.*

6 *Pignora nulliter capra, conseruantur, cum constet de bono iure capientis.*

7 *Victus ex processu, nulliter facto, instet coram Iudice Appellationis, ut ante omnia cognoscatur de nullitate.*

8 *Causæ Pupillorum, & Viduarum, siuè agant, siuè conueniantur Senis, debent tractari coram Iudice Placiti.*

9 *Pupilli, & Viduæ Senis non possunt renunciare priuilegio Fori Placiti.*

10 *Senis Statuta Ciuitatis censentur habere causam publicam, & ideò illis priuati non possunt renunciare.*

11 Si

11 *Si nullitas procedat ex actu, cui partes non possint renunciare, Iudices appellationis debent iudicare solum de nullitate.*

12 *Remedium appellationis, cumulatum cum nullitatate, circumducitur, quando solum de nullitate agi debet.*

OBSERVATIO IV.

CONTEMNVNT † vt plurimum Causidici causas in prima instantia, ad hoc vt in iudicio appella- 1
tionis tutiorem consequantur liberationem; ego tamen vincere, iuxtà sentẽtiam Poetę, semper laudabile putaui: Pręsertim † cum non oĩa possint in Iudicio appellationis 2
resarciri; quippè cum apud Iudices appellationis multa posfint restitui, & ab ijs confirmari, vel reformari, quæ in primo Iudicio aliter gesta essent, si contempta non fuissent. † Quid enim si victus in primo Iudicio; quod nullum fuit; nullam dicat sententiam coram Iudicibus ap- 3
pellationis, debebunt nè tãtum Iudices, eam nullam declarare, an cum constet de legitimo iurè Agentis, poterũt reformare, iuxtà ea, quæ tradunt DD. in c. 1. De confirm. ytil. vel inut. & consuluit Alex. in cons. 111. vol. 5.

OBSER. Quæ dubitatio magis in medulla, quàm in cortice difficultatem habet: ideò vix sinè aliqua declaratione crederem eam posse resolui: † Supposito tamen prius nullitatem esse in substãtialibus, in alijs non esset exitandam. 4
Qñ ergò nullitas est circà substantialia, fortè in Iurisdictione, vt insistam in terminis, in quibus consuluit Alex. alleg. cons. Puta † Si Scolaris conueniretur coram Iudice Ordinario, non coram Rectore, ego crederem sen- 5
tentiam posse à Iudicibus Appellationis in Auditorio

Rotæ

Rotæ confirmari, cum constet de Iustitia. † Verum si
6 nullitas talis sit, cui partes non potuerint renunciare,
quemadmodum est Senis ex Ordinatione Curię Placiti,
quo cautum est, nè quilibet alter Iudex possit iudicare in
causis Pupillorũ, & Viduarũ, siuè agant, siuè conueniantur,
cum Decreto irritante; † Crederem Iudices Appellationis
7 debere solum declarare sententiam nullam,
nec posse vlterius progredi ad merita.

Deduco pro primo capite l. 1. C. quando prouoc. nõ
est necess. pro secundo c. si diligenti 12. De For. compet. LEX.

Sed Scribentes in vtroq; magis clarè loquuntur: ideò
pro primo, recurrite ad Bald. in l. eos in fin. num. 17. de AVCT.
Appellat. nec prætereatis Alex. alleg. loc. Vant. in Tract.
Nullit. cap. vlt. num. 133. Rot. Gen. Decis. 23. n. 16. &
commune est dictum in Put. Decis. 60. par. 3. Pro secundo,
noto Dec. in d. c. 1. nu. 67. & in Consil. 483. num. 8.
cum deductis ab Hieron. Gabr. cons. 31. num. 3. & seq.

8 Recipit fomentum primum caput † ex eo, quod Iura
præcipiant inutiles circuitus resecari, vt probatur ex l. RATIO
3. de Ped. Iud. & ex §. Audiant Auth. de Iudic. præsertim
inter litigatores, per ea, quę habentur in l. Properandam,
& quæ ibi Scribent. tradunt C. de Iudic.

Pro secundo certum est, quod constitutio illa ob publicum
bonum fuit ordinata; quod nè dum per se patet,
sed etiam colligitur ex altero Statuto sub Rub. 261. in
4. Dist. per quod cauetur, omnia statuta Ciuitatis Senarum
censeri causam publicam continere: & per conseq;
non licere priuatis, quantumcunq; in eorum commodũ,
renunciare d. c. Si diligenti l. Ius publicum de Pact. ff. &
l. pen. eod. tit. in 3. lib. Cod. vbi DD. & probat l. 1. De
Admin. rei ad ciuit. pert.

Et per hanc rationem puto, extendendam resolutionem ILLAT.
9 in hoc 2. cap. † Etiam quod in libello esset cumulatum
Remedium Appellationis: circumducitur enim,
& est

& est perindè,ac si propositum non fuisset, quod profe-ctò nouum non est in iure nostro.

At † prioris capitis ratio suggerit nobis,quod quãdo constat de bono iure Creditoris,ēt pignora, nulliter capta, conseruantur, vt tradit Vant. in d. Tract. tit. Quibus sent. &c.n. 28.& seq.& n.31. Caccial.de Debit.fugit.par. 14.in 1.Castr.cons.472.in fin.lib.1. Asin. ad Stat.Flor.§. 31.c.6.n.2.Put. Decis 183.in 1 Grat.cõs.37 in 1.comne. dicit Crauett. cons. 46. num.7. par 1. & multi,idem tenentes,sunt relati à Bertach in verb.Tenuta,& à Surd.in Tract. de Alimen. tit. 9. quæst. 32. num. 34. & seq. licet post nu.46. referat contrarium tenentes. 10

Cautio † tamen in hoc capite potest esse, Victum in iudicio appellationis agere principaliter Remedio Nullitatis, & protestari, vt de ea cognoscatur ante omnia, vt per Granut.Theor.17.& alios,essaggerat Fab.Turrett. in cons. 42. nu.3. & seq. in 1 vol. 11

EPITOME

Mors fraudantis Cabellam,si solum pœna soluitur, nocet Fisco, non minusquàm rei perentio,si caderet in commissum.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Morte extinguntur omnia crimina, & nu.6.*

2 *Pro Cabella, & contrà bona, & contrà hæredes fraudantis agi potest, mortuo fraudatore.*

3 *Aliquando contra hæredes fraudatoris Cabellæ,lite non contestata, non potest agi.*

5 In

4 *Senis, fraudata Gabella, res non cadit in commissum, sed præstatur Frodum.*

5 *In materia Gabellæ defraudatæ attenditur Vsus.*

6 *Sententia non fertur contra mortuum.*

7 *Si res, exportatæ sine Gabella, auferantur à latonibus, damnum est Fisci.*

8 *Si per Statutum cum re confiscbetur currus, non per hoc idem dicetur de Schafa, equo, vel sacco.*

9 *Deceptiones Publicanorum remissiuè.*

OBSERVATIO III.

1 ET si regula sit † Morte delinquentis, & delictum, & pœnam extingui l. 1. C. Si reus, vel accusat. l. Pupillus 112. §. In hæredem de reg. iur. l. 1. de Priuat. Delict. §. Sin autem de perpet. & temp. act. Duenn. reg. 13. & reg. 173. Boss. tit. de Pæn. nu. 34. testatus de communi, & post eum Clar. in §. fin. tract. Criminal. q. 51. n. 12. Hieronym. Cagnol. in d. §. in hæredem, & Cacher. Decis. 152. num. 3. OBSER.

2 Fallit † tamen inter alia in Fraudatore Cabellæ, eo enim mortuo, & contrà hæredes, & contrà bona agi potest, & condemnatio sequi: clara enim sunt Iurisconsultorum responsa tum in l. 8. tum in l. 11. & in l. 14. De Public. Tradunt passim Scribentes, & Bert. in Tract. de Cabell. part. 4. nu. 29. & par. 9. n. 10. Iul. Ferret. in tract. de Cabell. num. 196. & 209. Peregr. in tract. de Iur. Fisc. lib. 4. cap. 5. n. 42. & nouissimè Farinac. in tract. criminal. tit. de Inquisitor. quæst. 10. nu. 76. in 16. limit.

3 In multis autem Italiæ locis † ex his, quę audiui, puto nè quidem agi posse, mortuo Fraudatore, nisi fortè antè illius obitum lis contestata fuisset.

Pp Ad

LEX. Ad factum est planus locus Martiani in l. fin. in fin. de Public. atq; accomodari possunt cętera iura, de pęnis loquentia, prout est d.L. 1. & l. Si pupill. cũ alijs sup. relatis.

AVCT. Et puto prdęicta posse confirmari auctoritate Accursij in gloss. d. l. fin. & per ea, quæ tradit Pereg. de Iur. Fisc. d. cap. 5. nu. 1. qui ex professo agit de iure Fisci.

RATIO Vt habeatis † specialitatis rationem, existimo esse 4 præmittendum, in istis locis ob cabellam, non solutam, merces non cadere in commissum, sed multiplicari quod nomine Cabellę Fisco debetur (vt Senis obseruatur) in tertio decuplum, quod Frodum vulgus appellat: in quo duo insunt: primum pars, quæ soluitur pro Cabella, alterum alia pars, quę superadditur, quasi pro delicti pœna.

In vtroq; idem sentio, quia pro Cabella non soluta, res non cadit in Fiscum, nec minus patitur condemnationem ipso iure, saltem ex quodam vsu † qui debet atten- 5 di Boss. in tract. Criminal. tit de Accusat. nu. 24 & Clar. in d. quęst. 51. nu. 14. sine quo procederent sup. allegata paulò antè, versicul Fallit. sed est necessarium in vita iudicium instituí, & sententiam ferri, † quæ non fertur 6 contrà mortuum, etiam in nostris terminis, vt in puncto tradit Cepol. cons. 59. n. 5. in ciuilibus, & per eum Pereg. d. cap. 5. nu. 42. in fin.

Pro Frodo, apud me est indubitatum, cum mera pœna sit, & ideò regulatur ex d. l. fin. §. fin. versicul. Pœnæ.

ILLAT. Sed in casu, in quo ob fraudatam Cabellam res in commissum incidisset, multa possunt oriri dubia, Duo sunt concinniora, & digna notatione vestra: Primum, an, exportatis mercibus, grano nempè, vel simili re, quę à latronibus postmodum fuerit subtracta, periculum pertineat ad Fiscum, an ad fraudantes: Secundum, si Statutum ordinet, cum mercibus confiscari currum, quo feruntur, an etiam animalia, quibus currus vehitur; vel Nauim, an etiam Schapham: Granum, an etiam Sacchũ:

Sal-

Salmam, an etiam Equum? Bertacch.d.part.9.nu.16.& seq.in quibuscunq; capitibus negatiuè respondit.

7 Cautela † tñ est in materia Cabellarum pro Fisco, statim agere: pro priuato, nullam vnquam tutiorem cognoui, quàm Cabellarium decipere, vltrò vectigal.soluendo, nè deindè contingat, nedum super dictis, sed etiam circà deceptiones Publicanorum dubitare, quæ totidem sunt, quot viatorum in fraudandis cabellis, Videte ad hoc quæ dicit Marcab. de Anguill.cons.9.

EPITOME

Priuilegium, nè Doctores ultrà vires conueniantur, & si praxis non admiserit; iure tamen seruari debet, nè torqueantur; si vel actu legant, vel causas defendant; nec suspendantur ob graue delictum, sed faciliori morte occidantur.

SVMMA RERVM SINGVLARIVM.

1 *Quidam putant DD. habere Priuilegium l. Miles de re Iud. nè conueniantur vltrà vires.*

2 *Consuetudo id non admittit, præsertim, facta renunciatione omni legum auxilio.*

3 *Franciscus Franchinus laudatur.*

4 *Doctores non torquentur in casibus capitalibus.*

5 *Aliqui putant consuetudine etiam DD. torqueri posse.*

6 *Lectores, & Aduocati non debent torqueri in causis criminalibus, & nu. 9.*
7 *Lectores, & Aduocati dicuntur esse in dignitate.*
8 *In lectoribus publicis, vel aduocatis dicitur versari publicam vtilitatem.*
9 *Doctores in crimine læsæ maiestatis, & alijs grauioribus delictis possunt torqueri.*
10 *Doctores in casibus, in quibus torqueri possunt, sunt antea degradandi.*
11 *Doctores ex delicto grauissimo non suspenduntur, sed mitiori mortis genere occiduntur.*
12 *Præfectus Iust. Senis post officiũ fuit capite orbatus.*
13 *Ex delicto commisso in officio grauius puniuntur Iudices, & Præfecti.*
14 *Summus Pontifex ex delicto grauissimo punitur.*
15 *Pontifex Hereticus est deponendus.*
16 *Illustriss. Card. Bellarminus laudatur.*
17 *Pontifex est Petra, hoc est fundamentum fidei.*
18 *In leuibus delictis Pontifex non habet superiorem.*

OBSERVATIO IV.

CONCLVDAM Cautelas, & Obseruationes pariter huius partis, & libelli totius, remedio quodam salutari, quo ornamentum animo non minus proficuum afferimus, quàm tutum corporis membris munimentum.

Quidam † ex nostris tantum dignitati Doctoratus, nè dixerim sibi ipsis, tribuerunt, vt supra est demõstratũ, vt existimauerint Doctores frui Priuilegio l. Miles de re 1
Iud.

Iud. nè .f. conueniantur, nisi in quantum facere possunt, inter quos Principes quodammodo, & antesignani fuerunt Accurs. & Bart. clariora Iuris nostri lumina in dilucidatione d. l. Miles Guid. Papæ Decis. 388. num. 3. & multos cumulat Brogn. in tract. de Curat. num. 319. post
2 Socin. in l. Centurio de vulg. & pupilli nu. 65. † Verum quoniam consuetudo, secundū quosdam, id non recipit, potest reuocari in dubiū cum Alber. in l. cunctos populos de Summ. Trinit. quem refert, & sequitur Rip. in d. l. centurio n. 3. præsertim, si in obligatione renunciatum sit à Doctoribus contrahentibus omni legum priuilegio.
3 Illud † tamen in commodum Doctorum vidi obseruari à viro eruditissimo D. Francisco Franchino Præfe- OBSER.
4 cto Iustitiæ in hac Ciuitate † ne .f. torqueantur, etiam in casibus capitalibus.

Ducto argumento, vt mihi persuadeo, tum ex l. Milites 8. tum ex l. Diuo Marco 11. C. de quæst. LEX.

Hanc opinionem sectatur Cyn. ibi, & post eum Bart, & Alex. Idem Cyn. in l. 4. C. de Aduoc. diuers. Iudic. & Bart. in l. 1. in princ. C. de Dignit. lib. 12. Io. Lopez in rub. de Don. int. virum & vxor. §. 30. num. 19. Rip. in d. l. centurio n. 14. Marsil. in l. edictum sub nu. 6. de quęst. commune dicit Carrer. in Prax. criminal. num. 180. ad l. obseruare, & per eum Clar. in §. fin. quęst. 64. AVCT.

5 Et † quamuis testentur de contraria consuetudine plerią; quos refert Gramm. vot. 25. nu. 45. plurimum me afficit ad commodum litteratorum præfati viri au- RATIO
6 ctoritas, † quam tamen sine difficultate admitterem, si actu publicè legerent, vel causas in foro defenderent,
7 cum † potissimum his casibus, eos indignitate constitutos reputent nostri, vt tradit in d. l. 1. sub initio Bart. & post eum Bald. in pri. Constit. C. §. 1. & in l. fin. C. de Iudic. Rip. d. n. 14. & Guid. Pap. quæst. d. 388. nu. 1.
8 Ideò † dicitur in ijs versari publicam vtilitatem l. Ad-

uocati

uocati C. de Adu. diuerſ. Iud. Accurſ. in l. 1. C. de ſtud. liber. art. vrb. Rom. Socin. in d. l. Centurio n. 67. & Marſ. d. loco nu. 2. & facit Natt. conſ. 65. † Et in iſtis terminis, poſt longam diſcuſſionem, dicit fuiſſe iudicatum in conſilio Neapol. Gramm. vot. pri. in fin. 9

ILLAT. At vbi vel Principis ordinatione, vel quando de iure poſſunt torqueri † (ſunt enim multi caſus, in quibus præter dictam regulam Doctores torquentur, vt in crimine Læſę maieſtatis, Hęreſis, Simoniç, & Proditionis, quos poſt Marſil. numerat Carer. d. loco verſic. limita in crimine falſi) † antea ſunt priuandi dignitate Doctorea, vt idem Bart. in d. l. 1. & poſt eum Carer. d. n. 180. verſ. limita quod iſti &c. per quem Giachar ad Clar. d. q. 64. nu. 16. in Verb. ſubijciantur tormentis. 10 11

Ex † delictis grauioribus ſuſpendi non ſolent, ſed alio mortis genere, minus ignobili, occiduntur Socin. d. loco num. 63. Bolognett. in Auth. Habita C. Ne Fil. pro patr. & ſeruatur in Regno Neapolitano, vt monet Fab. de Anna ad Conſtitutionem Regni Terminum vitę, ſub num. 18. † Et etiam vidi ſeruatum Senis in plectendo vltimo ſupplicio quodam Præfecto Iuſtitiæ, qui longè atrociori, ac ignominioſa morte puniendus erat ob delicta, etiam in officio commiſſa, per ea, quæ tradit Bar. in l. quædam de Pœn. & poſt eum Felin. in c. Paſtoralis de Offic. de legat. † Qui Felin. alleg. loco num. 2. in 7. Fallent. verſicul. ſeptimo fallit, &c. dicit puniri, etiam pœna grauiori, Summ. Pontificem committentem tale delictum, per quod legitimè poſſet deponi † Prout eſt crimen impijſſimum hæreſis cap. ſi Papæ 40. diſtinct. tradunt Innoc de conſecrat. Pont. Serm. 2. Turrecremat. lib. 4. part. 2. cap. 20. Caietan. de Auctorit. Pap. cap. 20. & 21. & de communi ſententia Patrum teſtatur Illuſtriſsimus, ac Reuerendiſs. Dominus meus Robertus Cardinal. Bellarminus, non minus lux Chriſtianç Fidei, 12 13 14 15

& fax

& fax Ecclesię Catholicæ, quàm propugnaculum, ac flagellum contra Hęreticos in lib. 2. De Roman. Pontif. cap. 30. vers. est ergò quinta: sed quid plures? nonnè Honorium in Concilio ab Hadriano, huius nominis II. vidit
16 depositum antiquitas ob d. delictum? † In alijs profectò dicere tutius est, nullum habere superiorem secũdum
17 gloss. in d. c. Si papa, † Et in his quidem, quæ ad fidem pertinent, vt Pontifex, peccare non posse, Innoc. III. in c. Maiores de Baptism. & probat idem Illustris. Dominus meus Bellarm. in libr. 3. de Christo cap. 28. & de Verb. Dei interpret. cap. 5. versicul. Quintum Testimonium.
18 Ipse † enim est Petra ex Gloriosiss. Apostolo, ac Euang. Matth. cap. 16. hoc est solidum, ac constans Fundamentum, vndè saltem, quatenus Petra est, errare non potest, vt doctè, ac concinnè interpretatur idem Illustris. Dominus Bellarm. cap. 3. De Summ. Pontif. vers: Primo ex nomine. Immo tanquam perfectum, exemplar, ac regula Pontifex consideratur ab omnibus, per quam cœterorum hominum facta, & actiones regulentur, & veluti Socraticum Speculum cunctis exponitur inspiciendum: Ob id itaq; sub eius, suorumq; Officialium censura libenter, atq; ex animo subijcio, atq; trado has potissimum obseruationes, iam ante vigesimum annum meis Academicis Vnitis dictatas, & nunc hoc anno 1613. Typis demandatas pro vtilitate, ni fallor, versantium non minus in Scholis, quàm in Foro, & ad summam Dei Trini, Vnius, Deiparę Virginis, Omnium Sanctorum, ac Cęlestium Spirituum, Gloriam.

FINIS.

PROMPTVARIVM

Exactissimum rerum Singularium ad tres Libros Pract. Obseruat.

in quo

prior numerus sententiam, posterior faciem demonstrat.

Alie-

Arti-

Biennio

Bonis

C.

Cautela

† *Cir-*

Clerici

† Con-

Creditor

Cursus

D.

† *Diffa-*

In

E.

† *Ege-*

Ex-

F.

Falcidia

Fami-

Fide-

Filij

Filius

Frau-

G.

Ge-

Frau-

Ga-

H.

Hæres

† *Iniuria*

Iura..s

L.

Lau-

Le-

† Lex

Litis

† *Ma-*

† Mo-

Mulier

N.

O.

Obli-

† Prҫcio

Pro-

Re-

S.

Sal-

Sen-

Solidum

Stat.

Qua-

R.

Re-

S.

Sal-

Solidum

Stat.

Tertia,

Velle-

† Vitrici

F I N I S.

Registrum.

†††† A B C D E F G H I k L M N O P Q R S T V X Y Z, A a Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ij kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sf Tt Vu Xx Yy Zz, Aaa.

Folia integra Omnia.

SENIS, Apud hæredes Matthæi Florimi, 1615.
Superiorum Permissu.

LECTORI:

HAEC postrema pagella sit tibi indicium, ac norma eorum erratorum, quæ mediocri diligentia, ac cura poßunt emendari; leuibus, ceù facilioribus, nè sis nimis oneratus, ommißis; Vt grauiora ceù incorrigibilia libentius, ac æquo animo feras. Vale.

Fac.	ver.	Erratum	Corrige
7	3	exequando	exequendo
33	13	contineatur	contineantur
50	24	hominu	hominum
56	fin.	illius ad dotem	illius dotem
64	5	prætet	Prætor
64	7	Noc	Hoc
85	6	& duorũ propinquorũ	& propinquorum
88	15	offerendam	offerendum
88	20	proponũtur q;	pro eo quod
89	26	Minori	Maiori
90	21	confi lit	confidat
91	8	petierit	petierint
94	18	Auth.	Accurf.
95	4	159	189
96	6	Medicis	Medicus
97	19	& 2.	& 8.
112	19	x1,fin.	21.§. fin.
1.5	9	Hypoteca conductor	Hyppoteca se quuta alienatione conductor
122	13	exoluendum	exsoluendum
136	19	quęst.7 & ad	quæst.10 tit.1.& ad
136	14	sequentur	sequuntur
144	26	liberos habeãt	liberos nõ håbeant
150	23	viderur	videntur
151	9	l.si patronus	l.si patronus
161	30	Petros	Petrus
167	2	æxequata	exæquata
169	fin.	fruimus	fuimus
171	27	prin.	prim.
175	11	Obser. III.	Obser. I.
182	4	A stipulat	Ad stipulatur
184	25	siti	sui
188	2	l.filiæ legum	filia legatorum
195	17	Decis.	Dec.
193	fin.	in sola	fine
197	12	Obser. II.	Obser. III.
204	13	simiter	similiter
205	1	Incipiens	Incipiente
207	8	diuictis	diuitis
212	7	Obser. I.	Obser. III.
216	4	Pert.	Petr.
221	5	13.	137
222	24	illa statuto	illa à statuto
223	27	suscepit	susceptis
225	20	reitegretur	reintegretur
231	pen.	Cons. 5.& 84.	Cons.84.
236	7.	Cambas.	Gambal.
237	23	constitutionis	institutionis
238	9	Anch.re	Anch. de
240	5	nu.4.	nu. 8.
248	20	susepensum	suspensionem
252	15	præmisum	permissum
263	2	detentes	detentos
268	24	derete	decere
269	6	caicerem	carcere
273	23	conuenietur	conuenitur
284	2	Quarta	Quinta
285	13	possent	possunt
286	7	Emilij	Iulij
289	18	Vart.	Variar.
290	2	munus	manus
291	20	induatur	inducatur
ibid.	23	laptum	lapsum
292	9	comminutione	comminatione
ibid.	pen.	mentis	Meritis
295	4	quo	qua
ibid.		quilibet	vllus
296	7	in 1.	in princ.
298	4	pidgicta	pędicta




LEGATORIA A. PANDIMIGLIO · ROMA ·
1971

